

oppida, quæ pater Sfortia eo loci adeptus erat. Qui quidem paratissimis copiis per Piacentes & Vmbros iter faciens, oppida illa ex improviso adortus, breui in potestatem suam redegit. Non hoc contentus Philippus, Nicolaum Fortebrachium uirum ingenio & manu promptum, cum delecto equitatu adeo celeriter in Eugenum misit, ut prius prope & pontem Miluium & portam Flamminiam occupauerit, quæ aduentare hostem sit cognitum. Militauerat prius sub Eugenio Nicolaus, & eius nomine præfectum uici Vetralla & ciuitate ueteri spoliauerat, adiuuantibus Venetorum triremibus, quæ mari arcem continuo oppugnabant. Verum cum postea Nicolaus stipendia sua peteret, respondit Eugenus, tantum prædæ ex castellis præfecti cum auxisse, maxime uero ex di repto uico, ut ei pro stipendio sat esse possent. Quam ob rem indignatus Nicolaus, agrum Romanum ingressus, tantum tumultus concitauit, ingenti prædâ, tum hominum, tum pecorum abacta, ut Eugenus aliquandiu incertus remanserit, quorsum iret. Concurrerant Romani ciues ad Eugenum questum de illatis iniurijs, quos pontifex eo potissimum tempore consilij expers & bonæ ualitudinis, ad Franciscum camerarium remittebat, quod ocio & uoluptatibus deditus, nil aliud respondebat, cû crebra de ablatis pecoribus querelæ fierent, eosniam spem in pecoribus collocasse: Venetos quidem sine gregibus & iumentis longe urbanio rem uitam ducere. Indignati huiuscemodi responsis Romani, eum iam Nicolaus & Tibur pulso inde comite Tagliacocij & Sublacense oppidum cepisset, traxissetque in partes suas Columnenses omnes, interfecto à principe Stephano Columna, qui semper diuersa sentiebat, ad libertatem respicientes, sublato clamore ad arma & libertatem conclamatum, pulsus omnibus Eugenij magistratibus, ac capto Franciscus camerario, nouos ipsi magistratus creant. Septem fuere è ciuibus Romanis, quos ipsi gubernatores appellabatur, penes quos uitæ ac necis hominum summa potestas erat. At uero Eugenus in tanta rerum perturbatione incertus, quid potissimum faceret, de fuga cogitare coepit. Mutato itaque habitu, sumptoque monastico cucullo, unâ cum Arsenio monacho nauiculam ingressus, Tiberi hostiam uehebatur. Cum subito Romani quidam cognita hominis fuga, eum lapidibus, sagittis incessunt. Destinare enim hominem tam diu cupiebant, quoad arce sancti Angeli potirentur. Abeunte autem Eugenio nonis Iulij, eodemque Pisas, ac deinde Florentiam triremibus ad id paratis delato, Romani ad oppugnandam arcem sese accingunt, uallo & aggeribus omnia loca munientes, quæ deaccessum hostibus possent. Contra autem qui in arce erant, prodire in certamen nonnunquam consueuerant. At uero præfectus artibus agendum cum Romanis ratus, adiuuante Baldesare Aufida uiro sagacissimo, qui inferiorem arcis partem tuebatur, unum ex militibus suis in certamen prodeuntibus negocium dat, ut captus de industria ab hoste, Castellani fauoritiam & auaritiam criminetur: polliceaturque eis si uelint pactam mercedem præstare, & mortem præfecti & arcis prodicionem. Fecit ille mandata diligenter. Captus nullo non genere malefici in Antonium Ridium coniecto (ita enim arcis præfectus uocabatur) fidem dat se cum socijs omnia transfacturum. Dimissus itaque, arcem ingreditur, uestes Antonij ac caligas addita etiam capitis forma suspendit: à longe idem uidebatur. Clamabat Baldesar de scelerato sumptum esse supplicium, ingrederentur aliquot ex optimatibus, & enumerata pecunia iam pacta arcem reciperent. Credidere miseri nullam subesse fraudem, ingressi aliquot statim capiuntur. Fit clamor exultantium in arce, conijciuntur in populum Romanum missilia bombardæque. Derisi autem hoc modo Romani de redimendis captiuis cogitantes, & camerarium Eugeni in potestatem in uinculis habebant dimittunt, suos qui in arce erant recepturi: & deum in Eugeni potestatem ueniunt, quinto post libertatem adeptam mense. Creat itaque magistratus ecclesiæ nomine, statim capitolum firmo præsidio & comæatibus muniunt. Superueniente deinde Iohanne Vitelescho, quem patriarcham uocabatur, abeunte ad Eugenum Franciscus nepote, tantus repente terror Romanis incussus est, ut hiscere præ metu non auderent. Erat enim Viteleschus homo imperiosus & saeuus, & tyrannicam magis quam religiofam uitam præ se ferens, Agebantur hæc Romæ cum Alphon-

sus interim Neapolim & Caietâ oppugnat, à mercatoribus Genuensibus acriter defensam. Succurrendum itaque suis Genuenses rati, classem quanta maxime celeritate possunt instruunt, Philippo uicecomite eorum duce annuente, ac pedites aliquot præbente. Facti non longe à Caietâ hosti Alphonso obuiam, cum eo confliunt. Post longam & acerbam pugnam superatur Alphonfus rex, & capitur unâ cum suis omnibus, quorum de numero aliquot principes fuere. Perducitur Mediolanum ad Philippum Alphonfus: suscipiturque non ut captiuus & Genuensium hostis, sed ut rex & amicus. Habitus autem honorificentissime per aliquot dies, multisque & magnis muneribus à Philippo donatus in regnum abiens Caietâ statim potitur. Tum uero Genuenses indignabundi quod Alphonsum hostem, quem tanto cum periculo captum, tam leuiter dimisisset, Thoma Fregoso autore à Philippo desciuere, eundemque Thomam ducem creantur. Tum uero Picenninus in Genuenses missus cum ciuium pertinaciam cognouisset, capta Sarzana in Pisanos mouens, simulata in regnum profectio iuuandi Alphonfi gratia, multa ex Pisanis castella diripuit. Hominis tamen impetus retardarunt Florentini, accersito Eugenijs nutu Franciscus Sfortia: qui iam Picenum occupauerat, quærebatque adiuuantibus Florentinis & Venetis, ut marchia dominus decerneretur. Facturum se id recusabat Eugenus, quod diceret pontificis esse redimere, etiam bello si oporteret ecclesiasticas res, non alienare. Dilata tum res in aliud tempus est: atque hac spe ductus Franciscus & Picenninum ab obfidione Bargæ repulit, capto Lodouico Gonzaga, qui cum Picennino militabat: & Lucam Florentinorum nomine acri obfidione cinxit. Sed Picenninus Lucensibus auxilio futurus à transitu Apennini prohibitus, liberaturum se alia ratione Lucenses prædicans, per Bononiensem agrum sine ullo maleficio iter faciens, ubi Oriolum Florentinorum oppidum expugnasset, Lucensium memor cum exercitu uictore eo profectus, superatis Florentinis absente Franciscus Sfortia Lucam obfidione liberat. Tum uero pontifex accipiti cura distractus, & quod bellis undique premeretur, & quod Basiliense concilium iam ante inchoatum Martini decreto augeri indies cerneret, concurrentibus è Hispania, Gallia, Germania, Pannoniaque principibus: qui communem reipsum Christianæ causam in arbitrio concilij reponebant: ad tollendum concilium uersus, illud primo quidem ex Basilea Bononiam transtulit cardinalium omnium, qui secum aderant consensus. Sed imperator alijque principes & prælati, qui tum Basileæ erant, non modo pontifici non obtemperarunt, uerum etiam cum bis terque monuerunt, ut Basileam idoneam à Martino celebrandi concilij locum delectum unâ cû cardinalibus proficisceret, aliter se in eum acturos ut in præuaricatorem & contumacem. Motus istorum uerbis Eugenus, Basiliense concilium literis etiam apostolicis confirmauit, facta unicuique eundem ad concilium potestate. Adeo enim bellis undequaque uexabatur, ut uix ei respirandi facultas daretur. Verum recuperata urbe Roma (ut diximus) eo statim Iohannes Viteleschus ab Eugenio mittitur, homo quidem ad res agendas aptissimus, sed natura saeuissimus & immitis: qui in Columnenses & Sabellos totamque Gibellinam factionem ducens, & castellum Gandulphum ad lacum Albanum positum, & Sabelum & Borgetum in Latio de Sabelis diripuit & euerit, Albam ciuitatem Lanuuiam, Præneste, & Zagarolum cepit, incolis omnibus qui superstitibus fuere Romam migrare iussit. In Hernicos deinde conuersus, quam nunc Campaniam uocant, omnes in ditione ecclesiæ redegit. Captum Antonium Pontaderam hostem ecclesiæ apud Frusinonem ad oliuam turpi laqueo suspendit, Reuersus deinde Romam trepidantibus omnibus, & domos quorundam coniuratorum, qui portam Neuiam quam maiorem uocant, concitato in urbe tumultu ceperat, diruit: eosque hostes ecclesiæ diiudicat. Ex his autem captum Pulcellum, & forcipibus ignitis in curru excruciatum in Campofiore suspendit. Verum concurrens quorundam avaritia, caritate annonæ laboratur, tantum repente tritici suo iussu in foro delatum est, ut à magna caritate ad summam copiam breui sit uentum, adeo omnes eius imperia obseruabant. Pacatis hoc modo rebus, in regnum Neapolitanum conuersus, quod paulo ante Alphonfus occupauerat,

quodq; ipse dicebat ad ecclesiam & pontificem pertinere, principem Tarentinum cum duobus milibus equitum cepit, comitis Nolani ditionem occupauit. Paulum etiam ab fuit quin Alphonsum caperet fraude potius (uraunt) q̄ ui, cum induciæ inter eos essent, & pax prope certa. Acceptis quæ ad ecclesiam pertinebant oppidis, principem dimisit. Rediens ad urbem Præneste ad rebellionem spectans, Laurentio Columna instante funditus euertit, Prænestinis populariter migrare iussit, anno domini millesimo quingentesimo trigesimo quinto. Quo quidẽ anno Eugenius Florentia abiens consecrata prius uel dedicata Florentinoꝝ cathedrali ecclesia, Bononiam profectus, & arcem ædificat ad eam portam, qua Ferrariam itur, & ædes in foro positas, ubi legatus nunc residet, muro præalto & lato à tergo potissimũ & turribus firmat. Anno uero sequenti publico consistorio Basiliensẽ conciliũ, quod ante approbauerat Ferrariam transfert, q̄ diceret Græcos cum ecclesia Romana in fide conuēturos eundem locum sibi delegisse. Instabant tum concilij Basiliensis præfides, & precibus ac pollicitationibus Græcos adhortabantur, ut omisso Eugenio ad se proficiscerent. Neq; hoc contenti, abrogatos fe Eugenium prædicabant, nisi ipse quoq; eo proficisceret. Substitit aliquandiu Eugenius animi dubius, quid potissimum decerneret, misso tamen eo legato Iohanne Francisco Capitelista iureconsulto, Patauinoq; equite, qui eius causam tueretur. Verum mortuo Sigisfrundo imperatore, à quo Basiliensẽ concilium incrementum habuerat, creatoq; ab electoribus imperij Alberto Austriae duce, concilium Ferrariensẽ Eugenij nomine cardinalis sanctæ crucis inchoauit. Eo proficiscitur et Eugenius, quod aduentare imperatorem Constantinopolitanum Iohannem Paleologum intellexerat cum plerisq; triremibus, tum suis, tum Venetorum Eugenij gratia obuiam missis, ne qua uis imperatori fieret q̄ intellexerat concilij nomine triremes Gallicas in Ionium missas, quæ aut imperatorẽ ad se adducerent, aut si id fieri non posset, saltem hominem remorarentur, quo minus Ferrariam proficisceretur. Harum uero triremium præfectum ita largitionibus corruptus Eugenius, ut relicto concilio partes suas deinceps secutus sit, Imperator autem Ferrariam ingrediens, non aliter susceptus ab Eugenio est, ac Romani imperatores suscipi cõsueere. Vitelleschus uero sedata ecclesiæ ditione, sumptoq; supplicio de presbyteris quibusdam, qui lapides pretiosos è capitibus Petri & Pauli apostolorum furtim subtraxerant in basilica Lateranensi, in qua quidem sacerdotes erant, interfectoq; cum socijs Iacobo Galefio, qui res nouas moliebantur, Ferrariam proficiscitur, ac publico cõsistorio cõ magna laude in numerum cardinalium recipitur. Cardinalis namq; sex menses antea Bononiæ creatus fuerat, qui postea maiore cum autoritate rediens, & præfectum uicẽ Venetiarum & dominum Fulginiatem tyrânide pulsus in arce Suriana capitali supplicio affectus. Eugenius autem duas ecclesias iam pridem dissidentes in unum corpus redigere cupiens. M. CCCC. XXVIII. habita ingenti supplicatione: celebrataq; spiritu sancti missa, cõcilium una cum imperatore Græcorum & patriarcha Constantinopolitano ingressus, sedente imperatore condigna sede, alijsq; Græcis è regione pontificis. Primo quæsius tum est, uellent ne tam Latini q̄ Græci ex duabus ecclesijs iam pridẽ dissidentibus unam fieri? Ad quam uocem omnes subclamarunt placere & uelle, modo rationibus illa prius confutarentur, quæ tantæ discordiæ causa fuerant. Disputabatur quotidie ea de re ab his qui tũ à Græcis, tum à Latinis delecti ad tantam rem fuerant. Verum cũ pestis Ferrariam inoleuisset, eodemq; in loco non sine magna incommoditate staretur, Florentiam transferre concilium placuit. Eo itaq; ubi uentum est, statim Picenninus Forulmlium, Imolam, Rauennam, Bononiam occupat, mandato Philippi cogitata Eugenij, qui Venetis & Florentinis hostibus fauebat, disturbare conatus. Præterea uero in Parmensem agrum reuersus comparato ingenti equitatu, Padum ratibus traiciens, & Casalæ maius, & Platinam meum natale solum, & quicquid Veneti in Cremonensi agro tenebãt, breui recepit. Pulso deinde ad Caluatonum Gattamelata Veneti exercitus duce, ascitoq; in societatem belli principe Mantuano, Brixiam aliquot mensibus oppugnat, eam & ciuitates & Francisco Barbaro uiro doctissimo, atq; urbis p̄tore acriter defendentibus. Qua

quidẽ omiſſa cũ magno suorũ incommodo, iniquo hyemis tempore ad occupãda caſtella circumquaq; poſita conuerſus, ne commeatus ſubmitti in urbem poſſent, Veronam uſq; & Vincentiam longe ac late omnia populatus, Venetis nil reliqui fecit. Occupato & magna ex parte Mincio, Atheſi, Benaco, Sebunioq; lacu, ne ſubuehi quicquam nauibus poſſet penuria laborantibus. Ex Atheſi tamen remulco naues quãdam attractæ uſq; ad lacum, quem ſancti Andree accolæ uocant, ſenſim in Benacum à Peneda ad Torbolim demiſſæ & reſectæ: quia attractu & illiſione quaſſatæ erant, rem Venetam meliorẽ aliquantulum fecere. Verum cum nihilominus Nicolaus Picenninus Veronenſes & Vincentinos urgeret, Veneti de ſe actum putantes, niſi unum aliquem egregium bello duce merce de conducerent, Iacobum Donatum ad Florentinos ſocios mittunt oratum, ut ſi reipublicæ Venetæ, ſi ſaluti & libertati Italiæ conſultũ uelint, Franciſcum Sfortiã prope eum omnibus copijs in Venetiam mittant, Philippi ac Manruani armis pene oppreſſam. Tum uero Florentini ſuo ac ſociorum periculo moti, Franciſcum adhortant, ut arma pro Venetis ſumat, publica fide polliciti ſe ei quæ de Romana eccleſia tenebat oppida (id enim maxime petebat) conſtanter deſenſuros. Extorſere præterea ab Eugenio literas apoſtolicas, quibus declarabat Franciſcum agri Piceni marchionẽ & dominum. His tamen uerbis accipiat, quod Petrus & Paulus ei male uertant. Franciſcus autẽ cum ſuo equitatu ſecus Adriæ litus in agrum Ferrariẽſem deſcendens traiecto ratibus Pado, auctoq; in Patauinis exercitu (Nam ad duodecim equitũ, peditũ quinque milia habuiſſe ſub ſignis dicitur) hoſti primo ad Suauẽ in agro Veronenſi ſit obuiam: ubi aliquandiu & acriter pugnatum eſt, neutro inclinante uictoria. Cedente deinde Picennino ob agritudinem & paucitatem copiarum, cum Franciſcus omnia de Vincentinis & Veronenſibus caſtella recepiſſet, Brixiam obſidione liberaturus intercluſos alios aditus cernens, Atheſim traiecit: ac in tridentinum agrum mouens, ad Archum oppidum oppugnaturus peruenit: Nam comes Archi Philippi partes ſequebatur. Venit & eo Picenninus comitẽ loci deſenſurus: Verũ dum cupidus (ut eius mos erat) quã cautius pugnat, à reliquo exercitu ſecluſus, magno accepto incommodo, fuga ſalutem in ſubiectas ualles petens, ab hoſte captus fuiſſet, niſi Carolus Gonzaga Iohannis Franciſci filius ſeſe hoſtibus obijciens, hominem è tanto periculo liberaſſet: qui quidem abundante poſtea multitudine captus ilico eſt, & Veronam in carcerem ductus. Sunt qui ſcribant Picenninum debilitatum altero latere propter accepta in prælijs uulnera, cum equo ad ſuos redire non poſſet, à Todeſchino ingentis magnitudinis ac roboris famulo humeris tantam quam cadauer ſacco inuolutum, ad ſuos etiam per caſtra hoſtium delatum. Dum hæc in Venetiã agerentur, Philippus ægre ferens Florentinos adiuuante Eugenio, atq; adhortante Franciſco Sfortiam Venetis auxilio miſiſſe, cum his agit qui in Baſilienſi concilio erant, ut Eugeniũ citarent: fecere illi id quidem bis ter ue. Verũ cum id ex ſententiã ei non cederet, eo dementia eos perpuliſt, ut abrogato Eugenio Amedeum Sabaudiaẽ ducem ſocerum ſuum, qui eremiticam uitam ad Ripaliam cum quibuſdam nobilibus ducebat, pontificem crearent, Felicemq; appellarent. Hinc magnæ ſeditiones in eccleſia dei exortæ ſunt: cum Chriſtiana reſpublica trifariam diuiſa, aut Felicem aut Eugeniũ ſequeretur, eſſentq; qui neutrales uocarentur, quod neutri obtemperarent. Eugeniũ tamen haud animo concidit: nam habito ſapius conuentu, diſcuſſaq; Græcorum & Latinorum contentione, tandem eo uentum eſt, ut Græci rationibus uicti faterentur, & ſpiritu ſanctum à patre filioq; procedere, homuſionq; eſſe non à patre tantum, ut ipſi credebant prouenire, utq; in azymo ſine fermento triticeo pane corpus Chriſti conſecraretur, ac purgatoriũ locum eẽ crederent. Poſtremo uero ut faterentur Romanum pontificem uerum Chriſti uicarium: Petriq; legitimum ſucceſſorem, primum in orbe locum teneat: cui & orientalis & occidentalis eccleſia merito pareret. Abuertiũs autem Græcis re hoc modo compoſita, Armenij etiam cum fide noſtra conuenere, ſubſtatĩs crebris diſputationibus eorum erroribus, promulgatiſq; Eugenij literis ſuper ea re, quæ rationem concordiaẽ oſtenderent, cum inſcriptione, Datum in ſacroſancta eccleſia

Fortē octima-  
nica ab *δικου*  
μην quod est  
orbis terrarū  
vniuersus.

nomica sessione concilij Florentini, quod in cathedrali ecclesia habitum est, anno domini, MCCCCXXXIX, uigesima secunda Nouēbris die. Præterea uero ut partes suas augendo Basiliense concilium infirmaret, eodem tempore consistorio publico decem & octo cardinales creauit: quorum de numero fuere duo Græci, Rutenus & Nicenus, ut eorū autoritate Græcorum natio in fide contineretur: quæ haud ita multo post in antiquos mores recidit. Habere tamen se alios dixit: quorum nomina deinceps nunciaturus esset. Hi autem fuere Petrus Barbo ex sorore nepos, & Alouisius Patauinus, quem deinceps patriarcham Aquileiensem & camerarium fecit, translato ad uicecancellarium Francisko Condelmario. Interea uero dum illa, quæ scripsimus ad ripam Tridenti agerent, existimarentq; homines Picenninum & Mantuanum principem accepto tanto incommodo cessuros, inde celeriter abeites Veronam urbem capiunt. Per Citadellam ingressi, ad motis ad muros scalis, nemine uigilum sentiente, stridete maxime ea nocte aquilone uento, ad quem uitandum ob immensum frigus relictis magna ex parte stationibus, custodes sese intra tabernacula receperant. Franciscus autem Sfortia captam ab hostibus Veronam intelligens, eo prope omnes copias mouens recuperanda urbis spem mente concepit, ubi uidit & castrum uetus & arcem sancti Felicis in monte sitam adhuc in potestate Venetorum esse: qua quidem structis aciebus, urbem ingressus hostes magno clamore inuadit. Fuerunt obuiam Philippi duces cum paucis equitibus: nondum enim omnes eius copia superuenerant. Pugnatur acriter in ea parte urbis, quam insulam uocant. Tandem uero cum pauci à pluribus pellerentur, in pontem (quem accolæ nouum appellant) Picennini ac Mantuani principis milites sese recipientes, uim hostium aliquā diu sustinent. Ibi dum ab equitibus (ut fit) manus cōseruntur: dumq; plures paruo in loco conglobati resistunt, pons ligneus quo lapideus coniungi ac diftingi pro arbitrio solent, nimio pondere pressus concidit. Submersi ferme omnes qui è ponte in flumen ceciderant, fessi diutina pugna & pondere armorum pressi. Accurrens deinde ad pontem nauium Franciscus, traductis copijs Picenninum & Mantuanum fidem ciuū suspectā habentes, penitus urbe quadriduo post captam eandem, expulit. Tum uero Philippus animo concipiens distrahi Franciscum à Venetis posse, si Florentinos bello uexaret: qui paribus auspicijs atq; impensa Franciscum mercede conduxerant, Picenninum mediā hyeme in Hetruriam, cum sex milibus equitum mittit. Tum Florentini accessit Petro iam Paulo egregio copiarum duce, rogatoq; Eugenio ut milites ex foedere ad defendendā Hetruriam acciret, ire obuiam Picennino instituerant. Verum cognita Iohannis Vitelleschi cum Philippo coniuratione, qui tum exercitui ecclesiastico legatus præerat, cum non amicus ut præ se ferebat, sed hostis in Hetruriam cū sex milibus equitū uenturus esset, iunctisq; cum Picennino copijs Florentinos inimico & hostili animo persecuturus, dant operam qui tum Florentiæ in magistratu erant, siue ueris siue fictis Eugenijs literis ut dum copias per pontem Hadriani traicit, ab Antonio Ridio arcis præfecto interficeretur: quod etiam factum est. neq; enim iuari à suis potuit, qui iam pontem traicebant: ipse namq; extremum agmen subsequatur. Comes Auersus, qui sub patriarcha militabat, amisso duce eius impedimenta Roncionem secum detulit. Liberati autem tanto timore Florentini, cum Eugenio callide agunt, ut Loduiscus Patauinus in demortui Vitelleschi locum suffectus copijs ecclesiæ in unum coactis reipublicæ Florentinæ iret auxilio. Alouisij enim uasri & astuti opera sublatum è medio Vitelleschum crediderim. Picenninus autem in Mugellanam uallē descēdens, longē ac late Fesulas usq; cædibus & rapinis omnia complebat. in Cassentinum deinde conuersus comite Popij adiuuante, multa oppida ad defectionem compulsi. Inde uero Perusium proficiscens, urbem pacato agmine ingressus, legatum qui tum ibi cum imperio erat ad pontificem Eugenum cum mandatis quibusdam mittit. Interim uero capto ærarij magistro, quē uulgo thesaurarium uocant, totum ciuitatis statum repente mutauit. Delegit enim ciues decem, qui uitæ ac necis in reliquos omnis potestatem haberent. Veriti autem Perusini ne Hetruriam occuparet, cum homine pepigere, ut acceptis quinquaginta milibus

nummum aureorum ab urbe discederet: qui accepta pecunia Cortonam mouens urbē, ut ipse arbitrabatur prodicione occupaturus, patefacta coniuratione, ac proditoribus partim interfectis, partim ab urbe pulsus, Tiferum (quod ciuitatem castelli uocant) adiit. Mouent & Florentini Anglare suæ ditionis oppidum suis auxilio futurū, si quid per uim moliri Picenninus conaretur. Agebantur hæc in Hetruria cum Franciscus Sfortia superata ad Benacium Philippi classe, cui Italianus Furlanus præerat, non solum Brixiam ac Bergomum obsidione liberat, uerum ea ætate superatis ad Soncinum Philippi duces: captisq; eiusdem mille & quingentis equitibus; & Brixiana castella, & parte Cremonensis Mantuanisq; agri ac totam Gerram Abduæ in Venetorum potestatem breui redigit. Amisit tum Maturanus princeps, Asolam, Lonatum, Pischeriam, tria oppida factis magna ac munita, nemine defendente: nam absente Picennino congressi cum hoste aperto Marte nusquam ausus est. Tum uero Picenninus commutatam in Venetia sortunam intelligēs, ob eamq; rem frequentibus nuncijs & literis accitus, tum à Philippo, tum à Mantuano principe: fatigatusq; militum precibus, qui magna ex parte Cisalpiniani erant, motis à Tiferno castris ad Burgum suæ ditionis oppidum, quod è regione Anglarij positum est peruenit: ea mēte ut uel uel astu cum Florentinorum pontificisq; exercitu decerneret: qui (ut diximus) ad Anglare confederant. Ad tertium itaq; calendarum Lulias, dies is Petri ac Pauli celebris erat, Picenninus structis aciebus emensis planitiem quatuor milium passuum prælium iniquo loco commisit, ratus occasionem bene gerendæ rei sibi oblatam esse, quod gregarios hostium pabulatum profectos intellexerat. Subeundū erat ei in aduersum clium, quem facile è superiore loco hostes propellerant. Dimicatum est tamen ad quinq; horas constanter: tandem uero Picenninus à multitudine hostium & stultitia Francisci filij, qui è statione discesserat superatus, Burgum repetit, magno accepto incommodo, amissisq; signis militaribus. Sequenti autem die relicto Burgo in potestate oppidanorum, cum his tantum qui ex plio superant iter per Flaminiam faciens, ad Philippum rediit. Oppidani Burgenis ueriti ne in eos asperius animaduertetur, quod à pontifice descuisissent impetrata per oratores uenia, & corporum ac rerum omnium incolumitate sese legato dederunt. Gratissima ea uictoria tum Eugenio, tum Florentinis fuit. Ferunt Alouisium Patauinum ob eam uictoriam in numerum cardinalium tum relatum fuisse. Eadem quoq; ætate Florentini comitem Popij, qui cum Picennino senserat, Hetruria pellunt. Philippus autem tot cladibus circumuentus, ad externa auxilia respiciens, Alphonsum Neapolitano regno tum positum rogat, ut quæ Sfortiani in regno oppida tenerent, bello uexaret, quo Franciscus Sfortia à Venetis distraheretur. Hæc itaq; in re Philippo morem gerens Alphonsum, Franciscum tamē à bello inuito reuocare nunquam potuit. Is enim ubi primum pabuli copia esse cepit, cum equitum quindecim milibus, peditum sex, Pischeria Brixiam mouēs, apud Cignanum uicem Picennino fit obuiam, hoc animo ut hosti pugnandi copiam faceret. Nō detrectauit certamen Picenninus, & si numero copiarum inferior erat, suorum uirtute fretus. Pugnatum est aliquandiu, atq; acriter, incerta tamē uictoria utriusq; discessum ē. Tum uero Franciscus satis sibi factum ad belli famam existimans, quod ulro hostem ad certamen prouocasset, exercitum circumferens, quadam oppida per hyemem à Picennino captā in potestatem Venetorum redigit. Martinengum deinde profectus, quod Picenninus firmo præsidio muniterat, oppidum obsidione cingit & oppugnat. Verum Picenninus aucto exercitu aduentu Francisci filij & principis Mantuani eo proficiscens, mille passibus longe ab hoste castra locans, cum frequentibus prælijs ad uniuersæ rei dimicationem prouocat: qui remisso priore manu cum hoste conferendi ardore ad expugnandum oppidum totus ferebatur. At uero cum Picenninus castra sua hostium castris magis indies conferens, eo discriminis Franciscum redegisset, ut neq; eius gregarius miles ire pabulatum sine periculo, neq; commeatus submitti tuto, neq; inde exercitus abduci sine magno discrimine posset, præter omnium spem pax subito enūciata est. Quam antea occulte agitata inter Philippum & Franciscum Eusebio quodam cognomē

ro Chalm, ultro citroq; commente ignaro Picennino; qui tanta re percepta deos hominesq; accusabat: præcipue uero Philippi inconstantiam, qui uictor pro uicto pacem peteret. Digredientibus autem inde exercitibus ad Caprianam pax hoc modo composita est. MCCCXLII. ut Franciscus Blanca Philippi ducis filia in uxorem ducta, Ponatremolum et Cremonam in dotem cum agro Cremonensi acciperet, præter Picigtoniam, & ea castella quæ Mantuanis & Pallauicinus de Cremonensibus possideret; utq; illa præterea quæ Philippus & qui cum Philippo sentiebant bello cepissent; quæq; item Venetorumq; socij præter Afolam, Lonatū, Pischeriam, quæ Mantuani principis ante id bellum fuerant redderent; utq; qui huic sententiæ stare noluisset, communis omnium hostis haberetur. Hanc uero pacis conditionem ægre admodum Eugenius ferens, quod Franciscus cæteris socijs se posthabito de amissis restituendis cauisset, existimationemq; suam non reddita Bononia, quam Picenninus occupauerat contempnisset, abire Florentiam Romam instituit; eoq; in loco utpote liberiore de recuperanda ecclesiæ ditione cogitare. Verum ut omnia pacata inueniret, Alouisium Patauinum sancti Laurentij in Damaso presbyterum cardinalem permisit, quod canonicos regulares pulsos secularibus, in ecclesiâ Lateranensem remisit. Pulsi enim a presbyteris secularibus fuerat, dum contendit utrius Christi corpus ferrent in celebritate eiusdem, dum letaniae fiunt ac supplicationes. Et de Gino Albanese uiro in remilitari præstanti sumptu supplicium, quia per eum non stetit, quod minus pax inter Alphosium & Eugenium iniata turbaretur. Afficitur & capitali poena Palus Lamolara, uir præstantis animi inuictusq; roboris; cuius uirtus homini magis astuto quam forti suspecta erat. Rebus autem hoc modo compositis, Eugenius Florentinis quouis modo frustra eum retinere annixis, Romam ueniens, anno. MCCCXLIII. XXVIII. Septembris, effusa obuia urbana multitudine nullo non genere honoris adhibito, ad portam Flamminiam noctu diuersit. Sequenti uero die ad sanctum Petrum iturus, paratis de more supplicationibus, pontificio habitu per urbem incedens, tumultuantem populum intelligit ob duplicatum tributum, uectigalq; nouum uino impostum. Hanc ob rem facto silentio, audientibus omnibus exactionem illam ut minus liberalem sustulit, quo facto, statim succlamatum ab omnibus est, uiuatur Eugenius, cum antea clamarent, moriantur noua uectigalia, eorumq; inuictores. Post dies uero decem & nouem ad Lateranum proficiscens, concilium generale eo loci factum habiturum omnibus denunciatur, missi ad principes literis & nuncijs, quibus ea de re certiores fierent. Hac enim ratione infirmari, ac tolli omnino concilium Basiliense uolebat. Rebus autem hoc modo Romæ compositis, iniuriarum memor Picenninum belli ducem in Picentes, quos Franciscus bello subegerat acciuit, qui Bononia abiens dum Perusium proficiscitur, Tifernates Florentini populi socios ad defectionem compulsi; Eugenio re gratam facturus Florentinis in senio, quod Franciscum pecunia ad oppugnandum retinendiq; Picentium semper iuuisent. Alphonsus item qui superiore anno Neapolim iamdiu obsessam per loca ingressus, pulso inde Renato ceperat, Picennini uirtute ac fama permotus, hominem non ducem solum, quem exercitui suo proficeret deligit, uerum etiam honoris gratia eum in adoptionem familiarum Aragonensium recipit; qui statim acceptis ab Eugenio & Alphonso in sumptibus bellis Picentibus, Picentes ingressus, multa oppida frustra renitente Francisco Sfortia, qui relicta Cremona cum firmo presidio eo profectus fuerat, in ditionem ecclesiæ redigit. Eodem tempore mortuo Iohanne Francisco Gonzaga, Veneti & Florentini de futuro solliciti, Lodouicum Gonzagam Iohannis Francisci hæredem & filium, quem Philippo si operet obijciat, mercede conducit. Quiescentibus autem in Gissalpina rebus, Hannibal Bentiuolus in arcem Pelegrini oppidi, iubente Picennino ob suspicionem coniurationis aliquandiu asseruatus, deceptis custodibus Bononia rediens, conuocato ad libertatem populo, Franciscum Picenninum urbis prefectum, cum presidio comprehendit; quo facto exules omnes, tum sua tum aduersariae factionis, maxime uero baptistam Cannedolum in patriam reuocat. Missi deinde sunt a Bononiensibus ad Venetos & Florentinos legati societatem & amicitiam petentes. Quae quidem impetrata, domum redeunt, arcem quæ adhuc in potestate hostis erat, cum socijs copijs ad id missis capiunt; ac captam statim diripiunt, Alouisiumq; Vermem ex agro

Bononiensi fugant. Tum uero Philippus ægre ferens, Bononienses cum Venetis ac Florentinis sentire, amicos quosdam baptistam subornat, auxilium eis pollicitus, ut Hannibalem a medio tollant; quo principes ipsi cum sua factione in ciuitate remaneant. Tum Beotius Cannedolus fraudi ac scelere intentus, Bononiensem quandam subornat; cui tum casu filius natus erat, ut Hannibalem in baptismate pueri copatrem sibi deligat; quo exorato dat operam, ut sequenti die infans ad sacerdotem deferatur. Baptizato puero, Hannibalem pater ad ædem sancti Iohannis baptistæ, cuius tum solenne erat inuitat, Obtemperat etiam ea in re proditori Hannibal, nullam fraudem subesse ratus; qui dum in uia esset, a coniuratis circumuentus occiditur, resistentibus aliquandiu duobus famulis charitate domini uim propulsare conantibus. At Bononiensis populus indignitate rei motus, sumptis prope armis Cannedolæ factionis principes obruncat; maxime uero baptistam, cuius cadauer & per urbem tractum, & cum magna ignominia sepultum est. Accidit & tum Romæ scelus ingens; suo enim cubiculario Angelotus sancti Marci presbyter cardinalis, & uita, & fortunis, quas tanta cum auaritate aggregauerat, priuatur. Capus sceleratus ille ac uarijs cruciatibus necatus, quadrifariam diuiditur; ad quatuorq; urbis portas suspenditur. Veneti autem & Florentini ueriti, ne Bononia utriusq; ciuitati in rebus bellicis peropportuna, in manus Philippi ueniret, eodem statim cohortes aliquot mittunt, quæ socios Bononienses iuuarent. Non sefellerat hæc opinio Venetos; eo enim Philippus rogantibus exulibus, mittere Picenninum cum exercitu instituerat, nisi hominem mors præripuisset. Mortuum ferunt dolore animi, cum intellexisset Franciscum filium, quem in Piceno cum exercitu reliquerat cardinali Firmano legato, à Francisco Sfortia superatum, Sequenti tamen anno Philippus haud animo concidens, Eugenium ad repetendam bello Bononiam adhortatur militem ac impensam partem pollicitus. Quare per motus pontifex, inito etiam cum Alphonso foedere, Sigisfundum Malatestam cum magno equitatu in Picentes contra Franciscum mittit; quo facilius distractis Florentinorum copijs, Bononia premi ad ditionem posset. Præmiserat iam Philippus & Guilielmum Monferratum; & Carolum Gonzagam cum magnis copijs, qui agrum Bononiensem hostiliter ingressi, incursum longè ac late omnia uexabant. Moti uero sociorum periculo Florentini, Astorgium Fauentinum cum equitibus mille & quingentis; cumq; pedibus ducentis mittunt, qui Bononiensibus auxilio sit, donec aliud à Venetis & Florentinis decerneretur. Agebantur hæc in Flamminia, cum Philippus præter opinionem omnium Franciscum Picenninum ex Picenis accitum, cum magno exercitu calendas Maij in Cremonenses nil tale metuentes mittit; qui captis passim rusticis, tantum terroris urbem die noctuq; oppugnando ciuibus iniecit, ut paulum à capiendam urbe abfuerit. Moti tum Veneti ac Florentini Francisci ac communi periculo, Cremonam & Bononiam eodem tempore tueri instituunt. Mittunt itaq; Tibertum Brandolinum ducem imperrimum, qui cum populo Bononiensi, cumq; his quos Florentini auxilio miserant, in hostes tendens similitate & odio inter se certantes (ad sanctum Iohannem oppidum hi confederato) pertracto in partes Bononiensium pollicitatibus & præmij Guilielmi Monferrato, ac Carolo haud magno negotio fuso et fugato, oppida omnia ex hostibus breui recipit. Pacata autem hoc modo Bononia, auxiliares copias Venetorum ac Florentinorum mandato bifariam diuisa; pars Francisco Sfortia, qui usq; ad Urbini moenia ab Eugenio & Alphonso uel pulsus fuerat; pars Cremonensibus grauius à Francisco Picentino passis auxilio missa. Veneti decernere apto Marte cum Philippo instituentes, legatos quoque ei bellum indicant mittunt, nisi oppugnare Cremonam destiterit. Oratoribus per interuencios respolum (neq; enim alioqui hominem fas erat) eos alibi quod Mediolani tuciores fore. Quo responso commoti Veneti, Michelleto Cotignolæ copiarum suarum duci imperant (quod tum Brixia erat) ut in agrum Cremonensem, quem Philippus magna ex parte occupauerat, cõfestim moueat; & cum hoste ubicunq; eum nactus fuerit, decernat. Is autem mandata diligenter facturus, traiecit Olio, ad Cassale maius celeriter proficiscitur; hostemq; haud longe in insula Padæ munitissimo loco confidentem, uado traiciens castris exiit, ac ma-

gnam uim equitum cepit. Recuperatis deinde oppidis omnibus, liberataq; obfisione Cremona, aucto etiam Lodouici Gonzagæ copijs exercitu (q; Platinam & castella quædam agri Cremonensis in dedicationem Venetorum redegerat) in Gerram Abdua mouentes, nil præter Cremam citra Abdum Philippo reliquit. Flumen deinde trançientes, Mediolanum usq; perueniunt, incendijs & rapinis omnia passim complentes. Drecto autem Briantiæ monte, Breuiocq; capto, qua ponte Abdua iungit, Lecum Larj caput oppugnare adorti, acriter qui in præsidio erant, locum defendentibus; cum integri fessis ac faucijs nauibus submitti possent, multis in ea oppugnatione desideratis, equisq; ad extremam maciem inopia pabuli redactis, tandè re infecta abire, de Francisco Sfortia solliciti: quem in partes Philippi descendere clam intellexerant. Interim uero Alouisus Parauinus pontificis legatus, qui his præerat copijs, quæ in Picentibus contra Franciscum Sfortiam dimicabant, cognita Italiani ac Iacobi Gaiuani, qui partim Philippi, partim Eugenij stipendijs militabant, ad Franciscum transitione, eos antequam id fieret, ad Rocham contrariam comprehendere iubet, & captos supplicio capitali affici. Verque enim mille & quingentis equitibus præerat. Hac autem re permotus Franciscus Sfortia, cum amplius sustinere hostes non posset: quippe à multis simul oppugnatus, & à nemine adiutus, adhortante ad eam rem Eugenio & Alphonso, qui rem Venetam augeri indignabantur, omisso Piceno Philippi militiam securus, eius copijs præficit. Interea uero Eugenio, ne rem bellicam solum curare uideretur, Nicolaum Tollentinatam ordinis sancti Augustini, miraculis clarum in sanctos referens, à sancto Petro cum omni clero supplicando, ad sanctum Augustinum profectus, solennia ipse celebrat, astante populo Romano, cardinaliumq; omnium coetu. Præterea uero pulsus omnino è sancto Iohanne Laterano canonicis secularibus, admissisq; tantummodo regularibus, & porticum illam extruxit, qua ab ecclesia ad sancta sanctorum, & claustrum ubi sacerdotibus habitaret restituit. Auxit & picturam templi à Martino antea inchoatam. Præterea uero sancti Syluestri mitram Romam Auenione delatam ipsemet è Vaticano ad Lateranum detulit, magna cum ueneratione & letania sacerdotum omnium populiq; Romani. Verum cum Alphonsus rex Tibur tum uenisset de ratione belli gerendi cum Eugenio colloquaturus, eius ægritudinem intelligens, aliquantulum substitit. Eugenio autem in animum uenerat Florétinos, qui hoste iuuerant bello persequi. Existimabat namq; si suis, si regis, si Philippi copijs eos adoriretur, eam urbem in quas uellet partes facile adductum iri: uerum interuentu mortis disturbata sunt omnia. Moritur autem pontificatus sui anno decimo sexto, septimo calendas Martij, anno MCCCCXLVI, uir certe in uita uarijs. Principio enim pontificatus sui malis consilijs ductus, diuina humanaq; omnia perturbauit. Nam & populum Romanum ad arma exciuit: & concilio Basiliensi, unde infinita mala orta sunt auctoritatem dedit, approbatis eorum per literas apostolicas decretis. Verum postea ad seipsum rediens, omnia prudenter ac constantissime egit, uir aspectu insignis & ueneratione dignus, grauis in dicendo potius quam eloquens, modicæ literaturæ, multæ cognitionis, historia præsertim. Liberalis in omnes, tum uel maxime in literatos, quorum familiaritate delectatus est. Nam Leonardum Aretinum, Carolum Poggium, Aurispanum, Trapezuntium, Blondum, uiros doctissimos secretis suis admisit. Ad iram non facile mouebatur ob iniurias illatas, & maledicentiam hominum, aut mimos & diceria scribentium. Gymnasia autem omnia quam diligentissime fouis; maxime uero Romanum, ad quod omne genus literaturæ adhibuit. Religiosos mirum in modum dilexit; eosq; opibus & immunitatibus auxit; bella autem ita amaui, quod mirum in pontifice uideri debet, ut ad ea quæ scripsimus ab eo in Italia gesta, & Delphinum Caroli regis Franciæ filium, composita prius inter regem & duces Burgundiæ pace, cum magno equitatu in Basilienses concitauerit; cuius impetu dissipatus ille conuentus est, & Vladislaum Polonum regem cum Iuliano Cæsario diacono cardinali in Turcos miserit; quorū de numero ad triginta milia uno prælio caesa inter Hadrianopolim & Danubium sunt, licet in tanta uictoria rex ipse cum cardinali ab hostibus interfectus sit, Con-

rans præterea in actis seruandis est habitus, nisi quid pollicitus fuisset, quod reuocare quam perficere fatuus esset. Splendidus in uictu familiæ, parcus in suo: & à uino ita alienus, ut abstemius merito uocaret. Familiars habuit admodum paucos, sed uiros doctos, & quorū opera in grauibus rebus uti posset; quosq; tanq; suæ modestiæ testes in cubiculum cœnaturus admittebat, ac fesciscitabat quid in urbe fieret, quid de pontificatu suo sentirent homines, ut errata sua uel suorū, siquid perperam factum esset, emendaret. Exorna re aut ecclesiam dei ædificijs & sacellis est annixus, ut ex capella pontificia & aneis sancti Petri ualuis apparet. Moris autè (ut dixi) uir ingenio & rebus gestis insignis, ætatis suæ anno. LXIII. sepeliturq; in basilica S. Petri sepulchro marmoreo, his uersibus, notato:

Eugenius iacet hic quartus cor nobile, cuius

Testantur uitæ splendida facta suæ.

Istius ante sacros se præbuit alter ab ortu,

Alter ab occasu Cæsar uterq; pedes:

Alter ut accipiat fidei documenta latina;

Alter ut aurato cingat honore caput.

Quo duce & Armenij Graiorum exempla secuti,

Romanam agnorunt Aethiopesq; fidem;

Inde Syriac Arabes mundi; è finibus Indi,

Magna, sed hæc animo cuncta minora suo.

Nam ualida rursus Theucros iam classe petebat.

Dum petit, ast illum sustulit atra dies.

Qui semper uanos tumuli contempsit honores:

Atq; hac impressa condite dixit humo.

Sed non quem rubro decorauerat ille galero,

Non hoc Franciscus stirps sua clara tulit;

Susceptiq; memor meriti, tam nobile, quod nunc

Cernis, tam præstans surgere iussit opus.

Vacat tum sedes diebus, XII.

NICOLAUS V.

**N**icolaus quintus, Thomas Sarzanus antea uocatus, à Sarzana oppido Lucensis agri, pontifex omnium consensu creatur pridie nonas Martias, MCCCCXLVII. uir quidem modicis parentibus, utpote matre Andreola, patre Bartholomæo physico natus: sed uirtute, doctrina, comitate, gratia, liberalitate, magnificentiâ tanto pontificatu dignus, licet ipse adeo modestus erat, ut tanto magistratu se indignum arbitretur: rogaueritq; cardinales oēs supplex etiam ut ecclesiæ dei maturius cõsulerent. Verum Tarentino cardinali eum adhortante, ne cursum sancti spiritus impeditet, collum tanto oneri subiecit. Interrogatus (ut fit) cardinalis Portugalis è conclau prodiēs, quæ pontificem creassent, rñdit non nos Nicolaum, sed deus pontificem designauit. Sunt autem q; scribant Thomam Pisum natum, Lucæ educatū, Bononiæ literas & bonas artes didicisse; maxime uero philosophiam & theologiam, adiutus beneficentiâ sanctissimi uiri Nicolai Albergati cardinalis sanctæ crucis, adulescentis ingenio delectari. Hanc ob rem in pontificatu hominis de se benemeriti nomē sumpsit. Cum uero magistri nomē in gymnasio consecutus esset, acerrimis disputationibus probatus, cardinalē sanctæ crucis secutus, familiæ tanti uiri æconomus factus, in numero scriptorū penitentiariæ primo referret, deinceps subdiaconatum pontificium adeptus, bene agendo uitamq; sine inuidia & amulatione duendo, maiora mēte concepit. Iam enim Eugenio cognita hominis doctrina & integritate, in illis potissimum disputationibus quæ cum Græcis Florentiæ & Ferrariæ sunt habitæ, cum cardinalē destinauerat. Verū ut id honestius fieri posset, hominē cum Iohanne Caruagialla, qui postea sancti Angeli cardinalis est habitus, in Germaniā mittit ad tollendū Basiliensē conciliū neutralitatēq;. Neutrales em̄ ideo Germani sunt dicti, q; neq; Felicis, neq; Eugenij dictis obtemperarent. Quas ob res ecclesiæ dei multas & maximas calamitates incurrebat, cū imminutiōe maiestatis pontificiæ,

CCXLVII. p. 8.

Hac autem de re pluribus in conuentibus apud Federicum Romanorum regem est dēceptatam Aenea Picolomineo, qui deinceps pontifex fuit; quōq; tum regis secretarius erat, ad tantam rem tamq; necessariam longis orationibus omnes adhortante. Difficile quidem erat remouere Germanos ab opinione sua, falsa præsertim. Difficile item uidebatur persuadere Eugenii oratoribus, ut postulatis Germanorū obtemperarent. Tandem uero delinita orationibus nimia oratorum seueritate, & castigatis Germanorum postulatīs, schifina & neutralitatem, rem quidem Romanæ sedis pncipiosissimam, sustulerant, si stare promissis Germani uoluissent. Redeuntes itaq; ad Eugenium cum hac opinione legari, subclamantibus omnibus, cardinales decernuntur, eisq; Eugenius ad portam sibi miniam galeros obuia mittit, ut urbē insigniores ingrederentur. Vno itaq; eodemq; anno Thomas Sarzanus & episcopus Bononiensem, & cardinalis dignitatem, & pontificatum adeptus est, cum maxima totius cleri populiq; Romani lætitia: licet dum adhuc in conclauī cardinales essent tumultuatum aliquantulum sit, Stephano Porcario equite Romano uirō in dicendo acerrimo & elegantī, ciues suos in ecclesia Areceli congregatos ad capeffendam libertatem cohortante, q̄ diceret paruum quodq; oppidum mortuo loci domino de libertate, uel saltem de moderanda regentium cupiditate uerba facere. Verum reclamante archiepiscopo Beneuentino tum quidē uicēcamerario, de re ipsa nil deliberatum est. Veriti etiam Romani sunt Alphonsum regem qui Tibure subfiterat, mortuo Eugenio dubius animi, retro ne cederet an Florentinos bello persequeretur, quemadmodum antea cum Eugenio & Philippo instituerat. Hominem autē ita nutantem, duo Senenses qui ciuilibus discordiis alebantur, ad Heruriam imperium adire animum perpulere: quod per facile esset consecutus, si Senas profectus eam ciuitatē sponte sese dedituram in potestatem suam redeffisset. Collaudauit Senenses rex, eisq; ad sollicitandos animos ciuium dimissis affuturum se in tempore pollicetur. At Nicolaus pontifex pacis & quietis amator, celebrata de more coronatione sua, factisq; ingenti apparatu, letanijs, quibus ipse pedes supplicabat, cardinalem Morinensem Ferrariā mittit, componendæ pacis commune domicilium: quo legari interuētū & autoritate ad pacem magis impellerent partium animi. Missi & cō prope Alphonfi, Philippi, Venetorum, Florentinorumq; legati, qui post longam disceptationem hanc Philippo optionem dedere, ut uel inducias in quinquennium à Venetis Florentinisq; acciperet, utraq; parte possidente quæ tenebatur: uel pacem permutata Crema, cum his oppidiis quæ ultra Abdum uel in ripa Abdum bello Veneti cepissent, Cassano tantum in arbitrio pontificis relicto, quod illi ex fœdere debebatur, cui primo illatæ essent iniuriæ. Hoc autem ad ditum est, quo pax diuturnior haberetur. Missus autem ex legatis Philippi unus, qui el optionem faceret, ut utrum mallet, eligeret: hominem pridie eius diei quo Mediolanū peruenerat, apoplexia mortuum intelligit, sexto Idus Augusti, M.CCCC.XLVII. Tum Morinensis cognita Philippi morte, legatos omnes ad se prope uocat, & nihilo segnius q̄ antea de pace agit. Interrogati Veneti, itent ne in eam sententiā, quam prius approbauerant, respondēt Philippi morte eius rei nil integrum relinquit, ad fenatum ea de re uelle perferbere, tū demum facturos quod à ciuitate mandaretur. Hac itaq; mora interposita, qui aderant legati cognita Venetorum cupiditate, qd̄ totius Italiæ dominatū appetent, soluto conuētū domos quiq; suas rediere, legato pōtificis frustra eos ad concordiam reuocante. Veneti autē qui ad Sorsinā in agro Cremonensi statiuā habebant, q̄ Cremonā tumultuantē adiuuantibus Guelphis in deditiōne posse recipi sperabant: cognita Philippi morte Laudā prope mouēt, qua recepta Placētinos quoq; eadem qua Laudenses conditione in fidem suscipiunt, missi eō ac prope quidē mille & quingentis equitibus, qui Placentinis auxilio essent, si qua uis ingrueret. At uero Franciscus Sfortia qui tum ex Piceno pulsus in Bononiensi agro confederat, reuecturus exercitum diutino bello, armis, equis, uiris exhaustum, occupari omnia à Venetis fœderi morte intelligens, magnis itineribus Cremonam proficiscens, à Mediolanensibus statim summo omnium consensu exercitus ac copiarum dux contra Venetos deligitur: qui Pado amne

ponte coniuncto castellisq; ac machinis firmato, quo minus Veneti Placentiam classem contenderent, Abdum amnem ad Picigitonum traiciens, non longe ab hostibus ad Camuragum confidentibus castra ponit. Vbi parua quædam certamina ad tentandam credo hostium patientiam sunt commissa. Tum uero Papienses sumptis ob aduentum Francisci paululum animis, cum ab imperio Mediolanensium propter uetus inter eos odium abhorrent, cumq; item extrema quæq; pati mallent q̄ Venetis obtemperare, qui eorū societatem aspernati essent, urbem Francisco dedunt, præfecto arcis non abnuente, quo additamento Sfortias Insubriæ dominarum statim mente concepit. Agebatur hæc in Cisalpina Gallia, cum Alphonfus eodem tempore Nicolao pontifice frustra reclamante cum exercitu in Senensium maritima descendens, eorum libertatem subuertisset, nō moneret Alphonsum regnandi cupidum, Senenses bello non minus quam Florentinos petere. Tum uero Senenses cognito periculo, & si regi commearus non negabant, non tamen quempiam ex regis militibus ingredi sua mœnia deinceps sunt passi. Rex itaq; cognita Senensium diligentia, in Volaterranum & Pisanum agrum descendens, multa castella, partim deditiōne, partim uicē cepit: maxime uero Castilionum Pifaræ, quæ oppida Florentini haud ita multo post recepere, præter Castilionum, Sigisfundo Malatesta duce: quem antea, Alphōsi stipendio conductum ab eo ad se deficere pecunijs compulerant. Non desistebat interim Nicolaus pontifex nunc regem, nunc Venetos adhortari, ut pacem q̄ bellum mallent: Sed hi ferocia exultantes, bene monenti nequaquā obtemperabant. Hanc ob rem Franciscus comparato ingenti exercitu, in quo robur Italicoꝝ militum inerat, Brachianis & Sfortianis militibus simul iunctis, ad Placentiam firmo Venetorum præsidio munitam medio autumno castra locat, partemq; murorum bombardis demolitus, crescente Pado adeo, ut Galeones (ita enim naues fluuiiales ad bellum aptas uocant) mœnibus appellerentur, terrestri ac nauali oppugnatione urbē capit ac diripit. Magna hæc Francisci laus est habita, qd̄ hyeme tanta imbrum inundatione, ut ægre in tabernaculis miles retentus sit, tantam urbē uicē cepit. Non desistit tamen Nicolaus pontifex de pace tum quidē mentionē facere, instantibus etiā apud Venetos socios Florentinis, quod regis potentiā uererent, q̄ tū cum exercitu in Heruriam erat. Verū ea de re nil actū est, qd̄ Laudā Veneti Mediolanensibus id maxime petētibus, reddere grauari. Nicolaus autē pōtifex omīssa re totiens frustra rētata, ad rē diuinā aim applicas, ingentes supplicationes decernit ad placandā irā dei: precandiq; ut pacē Christiano populo p̄staret, his letanijs pontifex ipse cū omni clero à sancto Petro usq; ad sanctū Marcū profectus est, multā religionē & singularē pietatē præ se ferens. Verū neq; ita quidē exitibus id fortasse hominū meritis, dei ira placata est. Nā sequenti biennio adeo ubiq; fere peste laboratū est, ut pauci de multis superfuerint. Quod quidem malum & frequens terramotus, & eclipsis solis indicare uidebatur. Minabantur hi quos prædicatores uulgo appellant, futuram calamitatem: maxime uero Robertus ordinis sancti Francisci p̄fessus prædicator insignis, qui concionibus suis adeo populum Romanū mouit, ut pueri passim sceminaq; per urbē incederent misericordiā à deo exposcēt. Et ne quid maius in Italia desset, bella quæ antē inchoata dixim⁹, adeo inualecebāt, ut fedari nullo modo posse uiderentur. Nā Franciscus Sfortia sequenti æstate expugnatis quibusdā Venetorum castellis, in eorū classem qua Cremonenses uexabāt cū terrestri naualq; exercitu profectus, eā cedere retro ad Casale mai⁹ coegit: q̄ hostē infecutus, cū ei⁹ classem in naualia subductum bombardis diffecerit, ad tantam desperationem præfectum Venetū rediguit, ut incensa classe, quam tueri non poterat effusa fuga in oppidum sese receperit. Inde uero Franciscus abiens non amplius de Cremona sollicitus, sublata hostium classe, in Gerram Abdum mouens, ad Carruagiū firmo hostium præsidio munitam castra locat. Mouent & eō Veneti de existimatione sua actū putantes, si oppidum à Mediolanensibus occuparetur, qui positus è regione hostium circiter mille passus castris suis, tempore si affuturos si oppugnatione uexarentur ostendunt. Crebra quotidie committit

bantur praelia, utpote ex tam propinquis castris. Verum cum ad summam dimicationē uentum est in uia paludibus undique coartata, ad quam primā Venetorum acies retru-  
 sa, neque cedere (ut in loco facere plerumq; necesse est) propter subsequentes, neq; pu-  
 gnare in tam angusto loco, propter instantes hostes poterant, oppressa penitus & obrita  
 caecidissent, nisi à nouissimo agrimine fugiendi initium ortum fuisset. Tum uero Fran-  
 ciscus cedentem hostem insegutus, & castris opulentissimis eum exiit, & equitum ac pe-  
 ditum circiter quinq; millia capit. Postea uero Franciscus Brachianis eo inuito ad expu-  
 gnandam Laudam mandato Mediolanensium proficiscentibus, cum reliquo exercitu  
 Brixiam mouens, urbem obsidione cinxit. Hac uero calamitate permoti Veneti, de se as-  
 ctum existimabant, nisi pacem cum Francisco componerent, orta iam inter Franciscum  
 & Mediolanenses similitate, quae his legibus composita est, ut sumptis in Mediolanen-  
 ses armis quicquid ultra Abduam Padum uel Francisci, quicquid uero citra Abduam ca-  
 peretur, Venetorum esset, collatis eidem à Florentinis ac Venetis singulis mensibus se-  
 decim milibus nummum aureorum: immisitq; aliquot turmis auxilio, donec Mediola-  
 no potiretur. Inito itaq; hoc modo foedere, allectisq; ad se quos potuit copiarum duci-  
 bus pollicitationibus & praemijs, in Mediolanenses conuersus, omnes fere eorum ciuita-  
 tes in deditioem recepit. Quo quidem successu permoti Veneti, longe aliter euenire  
 Franciscum cernentes q̄ arbitrati fuerant, accepta ex foedere Crema, reuocatisq; militib⁹  
 suis foedus cum Mediolanensibus ineunt, Francisci potentiam reformidantes si Mediola-  
 no potiretur. Franciscus autem simulata cum Venetis beneuolētia, priuataq; magis Cos-  
 smi Medices q̄ publica Florentini populi pecunia adiutus, post multas acceptas illatasq;  
 clades, post longam & grauem oppugnationem, utpote media hyeme, post defecionē  
 & transitionem militum ad hostes. Aduersante etiam Alphonso qui Mediolanum iure  
 haereditario deberi sibi dicebat, ob eamq; rem Lodouicum Gonzagam mercede cōdu-  
 xerat, & in Bononienses miserat, quo suis tutius in Cisalpinam transire liceret, Mediola-  
 no tandem potitur, anno. M. CCCC. XLIX. Iuuabant quidem Mediolanenses Veneti, im-  
 misso cum exercitu suo Sigismundo Malatesta, qui se Picennino auspicijs Mediolanensi-  
 um militanti cōiungeret, sed pnegligenter: ut eneclī fame ciuitatē Venetis potius q̄ Fra-  
 cisco cōmitterent. Quare longe aliter euenire cernentes q̄ putarant, cū Alphonso agūt,  
 qui Franciscū inimicū & hostili animo persequebat, inito prius foedere, ut homo domi-  
 nandi cupidus priusq; inualeceret, ducatu Mediolanēsi pelleret. Inuitant & Florentinos  
 ad eā rem. Verum cū hi nunq; se aduersaturos Francisco dicerēt, eorū mercatores ab ur-  
 bibus suis Veneti pellunt: idemq; ut Alphonsum faceret tandē etiam impetrarūt. Nicola-  
 us autē pontifex totam Italiā ad arma cōcitari cernens, autoritatē suā saepius interpos-  
 suit quo pax cōponeretur, ut sequenti anno libere omnibus ex tota Europa ad iubileum  
 uenire liceret. Instabat enim quinquagesimus annus, quo iubileus de more indicebatur.  
 Cardinales praeterea sex creauit: quorum de numero fuere Latinus, Vrsinus, & frater  
 ipsius pontificis utrinus tantū Philippus, tituli sancti Laurentij in Lucina presbyter car-  
 dinalis, uir certe bonus ingenijq; liberalis. Interim uero Federicus impator instante pō-  
 tifice, Felicē cōpulit ut se pontificatu abdicaret, q̄ cerneret tantā seditionē, & tam diu-  
 turnā ecclesiae Romanae pncipiosam esse, usus tamen hac benignitate erga Amadeum Ni-  
 colaus est. Ad hominē namq; galerū cardinalatus misit: eundemq; legatū Germaniae fesi-  
 cit, ne omnino sine dignitate uiueret. Venere & in arbitriū pontificis cardinales illi q̄.  
 Amadeus creauerat. Hac uero concordia adeo laetatus est non modo clerus omnis, uel  
 numeratā populus Romanus, ut in sequenti nocte eius diei q̄ hac audita sunt. M. CCCC.  
 XLIX. XXIII. Aprilis cū faculis p urbē in equis incederēt, clamantes, uiuat Nicolaus. Pō-  
 tifex autē ne ingratus erga deū tanti beneficij uideret, supplicatōes admodū celebres cū  
 populo & clero in Vaticano habuit. Idē fecere et reliq; Italiae populi tā pncipiosa seditionē  
 liberatā ecclesiae dei cernētes. Tāta praeterea fuit pōtificis autoritas & gratia, ut animos  
 principū ad bellū tā cōcitatos aliq̄ diu represserit. Instigabāt namq; Venetos ad id bellū  
 & Iacobus Picenninus, et Sigismundus Malatesta, & Carolus Gonzaga acerriimi ipsius

Francisci Sfortiae hostes & inimici. Pellexerant etiam in societatem suam Veneti Sabau-  
 diae ducem, marchionem Montisferrati, ac Corregij dominos, Bononiensesq; & Perusi-  
 nos, reclamante pontifice & minante ne id facerent; concitare, sed frustra conati sunt. Pa-  
 cti cum Alphonso, ut dum ipsi Franciscum adorirentur, Florentinos bello destineret. At  
 Franciscus Florentinorum amicitia ac potentia fretus, assumptōq; in societate belli Lo-  
 douico Gonzaga principe Mantuano, ad bellum se constanti animo parabat. Hinc ortae  
 sunt inter Carolum & Lodouicum graues inimicitiae, q̄ eius amicitiam sequeretur, quē  
 ipse hostem haberet: quodq; oppida sua occupasset, quae ei pater ex testamento relique-  
 rat. Nam Lodouicus fratris in carcerem coniecti uas factus, cum spondidisset octogina  
 ta milia nummum auri, quo frater liberaretur, uetuissetq; solū Carolus cum Franciscus  
 aut nummos, aut oppida peteret, maluit nummos psoluere, & oppida retinere, q̄ tam ui-  
 cina & propinqua loca dimittere. Hanc itaq; ob rē Carolus fratrem calumniabatur, ut  
 raptorem & alieni appetentissimum, non modo apud Venetos, quorum partes sequeba-  
 tur, uerum etiam ab imperatore ius suum repetere, iam attigerat annus iubileus, cum  
 subito tanta multitudo Romam uenit, quanta nunq; antea. Vnde cum semel ē Vatica-  
 no uisa saluatoris imagine ad urbem redirent, facta obuam mula quaedam Petri Barbī  
 cardinalis sancti Marci, cum neq; uenientes, neq; redeuntes, neq; insequentem multitudi-  
 nē cedere possent, cadente uno atq; altero super mulam illam iam à multitudine oppres-  
 sam, ad ducenta hominum corpora, & equos tres, obrita & suffocata in ponte Hadriani  
 constat, Multi etiam à lateribus pontis in flumē cadētes, in undis periere. Sepulta in san-  
 cto Celso ad centū & triginta sex constat; reliqua uero ad campū sancti delata sunt. Hāc  
 ob rem Nicolaus pontifex uices eorum qui mortui fuerant dolens, casulas quāsdā angu-  
 stiores uiam ad pontem facientes omnino sustulit: totumq; fere annum illum in celebri-  
 tatibus consumpsit, stationes ipsemet quoridie inuisens cum cardinalium cōtū, Cautit es-  
 etiam q̄ diligentissime, ne abundante tanta multitudine, com meatus & omnia ad uictū ne-  
 cessaria in urbe deessent. Curauit item execrationibus & satellitibus, ne crassiores in pe-  
 regrinos ad urbem accedentes seuirent. Sequenti uero anno q̄ uenturum ad urbem Fe-  
 dericum imperatorem intellexerat, tum ut coroham imperij acciperet, tum ut Leonora  
 regis Lusitaniae filiam Alphonso neptē in uxorem duceret, portas urbis, ac turres, Capito-  
 lium, arcem sancti Angeli, muris firmissimis munire coepit, ueritus credo ne aduen-  
 tante imperatore noui aliquid, & ab eo, & à populo Romano oriretur: erat enim natu-  
 ra formidolosus. Hanc ob rem milites omnes suos cum collecticijs copijs Romam acci-  
 uit. Ad delinendos uero multitudinis animos, tredecim mareschalcos, qui tredecim re-  
 gionibus urbis praesent delegit: eisdemq; tredecim uestes coccineas dono dedit. Impe-  
 rator itaq; prodeuntibus obuam tredecim cardinalibus, omniq; urbis magistratu, ac ho-  
 norato quoq; per portam castelli ingressus, & ad scalam sancti Petri perueniens, obuū  
 habuit pontificem: à quo unā cum Leonora uxore, quam Senis offenderat iam ex Hispa-  
 nia auectam in templum Petri introducit, millesimoquadringentesimoquinquagesi-  
 mo secundo, die. IX. Marcij. Vnde facta oratione digressi, in aedibus illis diuertere, quae  
 ad ipsos sancti Petri gradus adhuc uisuntur, meliorem formam quam antea habentes,  
 Rom. cardinalis Constantiensis impensa. Pontifex autem sequentibus diebus in sancto  
 Petro missam celebrauit, benedixitq; imperatori & imperatrici, ut in nuptijs fieri cōsue-  
 uit, antequam sponsus cum noua nupta coeat: eosq; deinceps eodem in loco. XVIII. eius-  
 dem mensis imperatoria corona donauit. Dum uero imperator (ut fit) ad sanctum Io-  
 hannem coronatus proficiscitur, plerōq; auratos equites in ponte Hadriani creauit. A-  
 biens deinde Neapolim cum uxore uisendi Alphonso regis causa, à quo sumptuosa ac  
 magnifica impensa cum tanto comitatu est habitus, rursus ad urbem mari rediens, iter  
 in patriam statim arripuit, quod intellexerat quosdam principes res nouas in Germania  
 & Vngariae moliri ob regem Ladislaum adolescentem egregrum, quem imperator fecit  
 ducebat. Hominē autem abeuntem duo cardinales ad quinquaginta milia passuum cō-  
 mitati sunt, Bononiensis ipsius pontificis frater, & Carugiensis sancti Angeli cardina-

lis. Abeunte autem imperatore, Veneti comparato ingenti exercitu, Cremonensem agrum ingressi, omnia prius longe ac late populati, Soncium atque oppida uicina oppugnare sunt adorti, quæ in potestatem eorum haud ita multo post uenerunt; captis ibi aliis quot equitum turmis, quod serius quam decebat Franciscus exercitum comparauerat. Vix postea superueniente Lodouico Gonzaga amico & belli socium in agrum Brixianum mouens, eo Venetos redegit, ut paludes egressi nunquam sint ausi, & aperto Marte collatis signis secum decernere. Protrahi rem uolebant, in mora spem omnem uictoriae reponentes, quod existimabant Franciscum propter inopiam ærarij impensam bellicam haud diu sustenturum; Simul etiam sperabant Mediolanenses extortam quondam libertatis memoriam, Francisco tanto bello implicito, aliquid noui ad excutiendum seruitutis iugum molituros. At Ferdinandus patris Alphonsi iussu, cum equitum circiter octo, peditum quatuor milibus, in Ferruriam contra Florentinos mouens, cum Cortonam ad defectionem tentasset, Foianum aretini agri oppidum quadraginta dierum oppugnatione, multis utrinque desideratis capit. Inde uero abiens, ac per Senensem agrum iter faciens, cum Castellinam frustra oppugnare tentasset, in maritima Senensium hyematum descendit, caeteris in itinere quibusdam Volaterranorum castellis, Obseruabat hominem continuo Sifgismundus Malatesta Florentini exercitus dux, occasionem bene gerendam rei capturæ. Florentini autem cum pollentes Alphonsi ac Venetorum opes, terra marique reformidarent, ad externa auxilia confugere instituunt, Francisco id approbante, Missus itaque in Galliam Angelus Acciofolus equestri ordinis Florentinus orator ad regem Franciam, commemorata Florentinorum in regiam domum beneuolentia, hominem eo perpulit, ut & duci Sabaudia & Allobrogis imperaret; qui iam in Franciscum arma sumplerant, ne Franciscum Florentini populi socium & amicum dicto aut facto læderent, asfirmans se illi hostem futurum, qui secus fecisset. Et Renatum impulsit pecunias ei ac militem pollicitus, regnum Neapolitanum, unde fuerat ab Alphonso pulsus repetere; maxime uero quod rex Florentinorum bello tum destineretur. Hac autem legatione Florentinorum ac Francisci res adeo secundæ sunt factæ, ut Veneti pacem deinde haudquaquam sint aspernati, suis præsertim non longe à Godio eorum copiis, quas in Mantuanum principem Carolo Gonzaga duce miserant, ne ipse unam cum Tiberto Brandolino ad Franciscum Sfortiam, cuius auspicijs militabant proficiscerentur; coniunctisque copiis maiorem exercitum, quem Gentilis ductabat adorirentur & funderent. Venerat namque superiore anno ad exercitus Caruagiata sancti Angeli cardinalis Nicolai nomine pacem inter concertantes compositurus; qui re infecta abiens, deum hominesque testatus est, per Nicolaum pontificem non stare, quo minus pace inter Italos composita, bellum communi omnium Christianorum consensu in Thurcos decerneretur; quos iam parare arma contra Constantinopolitanos senserat, & ob eam rem cardinalem Rutenum patria Constantinopolitanum eo miserat, qui imperatori & ciuibus auxilium polliceretur, si ad catholicam fidem ut in Florentino consilio promiserant, redire uoluissent. Interim uero Renatus recuperandi regni Neapolitani cupidus, ad quam rem Franciscus ac Florentini copias & opes pollicebantur, si Alpes transmittens, contra Venetos exercitum mouisset, frustra tentato cum duobus milibus equitum per Allobrogos itinere, quos nunc Sabaudenses uocant, æstareque in ea re pene consumpta, Sauonam alio itinere, atque inde ad Franciscum peruenit; qui accessu tanti regis & non paruis copiis, atque animo auctus, hostem pauidum, & certamen detrectantem mouere castra ad montana Brixia coegit. Inde uero exercitum circumferens ex Brixianis & Bergomatibus ad quadraginta oppida, partim uero, partim uero, partim uero cepit. Superueniente deinde hyeme, cum in hyberna undique circumferens, Renatus relicto in Italia apud Florentinos filio male in eos & Franciscum animatus, in Galliam rediit. Verum frigiditibus unam cum hyeme iam omnium animis, exhaustisque item assidua bellorum impensa populorum ac principum ærarijs, de pace iam antea à Nicolao pontifice tentata mentio fieri coepit; ad quam Veneti & Florentini militarem licentiam perosi, summo ferebantur studio. Sed Nicolaus pontifex

coniuratione Stephani Porcarij equitis Romani, tum deprehensa re inchoatam omittens, ad sedandum intestinum bellum animum adiecit. Stephanus enim maioris animi quam potentia, uir quidem in dicendo materna lingua eloquentissimus, multa liberanda patriæ indicia præ se ferens (ut in principio diximus) Bononiam à pontifice relegatur, hac conditione, ut singulis quibusque diebus Niceno gubernatori urbis sese offerret; quæ simulata ægritudine decipiens, Romam admonentibus coniuratis prope rediit, hac mente, ut cum urbem attingisset, sumptis armis populum ad libertatem conuocando, pontificem & cardinales caperet. Verum dum festus longitudine itineris & diutina uigilia aliquantulum quiesceret (aliquot enim noctes infomnes duxerat) detegenda rei tempus & occasionem dat. Cognita hominis audacia, pontifex senatorem Iacobum Lagagnolum Veronensem ciuem, & uicecamerarium cum armato milite domum eius statim mittit, ut captum in carcerem perducerent. Is autem aduentare armatos intelligens, ad forem confugit, relicto domi Baptista Sarra, cum aliquot seruis, homine quidem impigerimo & audacissimo: qui domo cum socijs erumpens, incolumis aufugit. Cognita deinde Stephani per indices fuga, hominem apud forem in capsula delitescentem capiunt, & captum ac seriem coniurationis factum ad muros arcis sancti Angeli suspendunt. Eodem quoque supplicio afficitur in capitolio Angelus Massa cum filio ac socio Saonarij; Persecutus deinde reliquos coniuratos omnes oppressit, maxime uero Franciscum cognomento Gabadeum, & Petrum Monterotundum, & Baptistam Sarram à Venetis ad supplicium deditum. Eo enim confugerat post patefactam coniurationem. Nicolaus autem qui haecenus Romanos omni genere officij & liberalitatis iuauerat; quique liberior quam nullus antea pontifex, incedere per urbem consueuerat, sibi ipsi deinceps cauens, morosior cum in omnes, tum uel maxime in Romanos factus est. Accedentes enim alloquendi causa non ita facile admittebat. Accessit & podagra, qua tum maxime laborabat. Sed nihil fuit quod æque hominem cruciaret, quam ubi audiuit Constantinopolim & Peram eodem impetu à Thurco captam; obruncatamque cum multis hominum milibus Constantinopolitanum imperatorem. Captum quoque arbitrabatur, & necatum cardinalem Rutenum; quæ eodem (ut dixi) miserat, sed is mutata ueste incolumis abiit. Ipsi tamen pontifici in animo classe & milite Constantinopolitanos iuuare, quemadmodum eius literæ ad imperatorem scriptæ indicant, quibus & eorum à catholica fide defectionem & simulatum in gratiam cum latinis reditum in calamitatibus increpat. Verum adeo repente urbs illa capta est, ut uix de mittendo auxilio cogitare licuerit. Præsertim uero ne quid deesset quod hominem cruciaret, Comes Auersus in iussu suo Nursi bello aggreditur, à Spoletinis mercede conductus; hi enim populi de finibus inter se certabant. Hanc ob rem Angelum cognomento Ronconem cum militibus ecclesiasticis mittit, qui comiti iter intercluderet, quo minus ad oppida sua reuerteretur. At uero cum intellexisset per Angelum stetisse, quo minus redeuntem comitem milites caperent, hominem ad se uocatum, in arce Hadriani capitali supplicio afficit, tertiam noctis hora. Sunt autem qui scribant Nicolaum eius rei mirifice poenituisse; quodque ira percitus mandauerat, adeo accurate præfectus arcis egisset. At Veneti frustra de pace mentionem fieri cernentes, cum eam rem sæpius tentassent, ueritine tanta res persuasit Lodouici Gonzaga à Francisco intermitteretur, Iacobum Picenninum copiarum suarum ducem, cum magna equitatus parte ad Voltam celerrime mittunt; qua, retractsque in Godium Angelo comitis non sine aliquo Lodouici incommodo, qui tum ibi ægrotabat, hominem in hyberna reuocant, existimantes iam satis motum ad petendam pacem Lodouicum esse. Interim uero Simonetus ordinis eremitarum ultro citroque commens, cum nunc Venetos, nunc Franciscum ad concordiam pluribus uerbis adhortatus esset, eos tandem perpulit, ut pacem in initis foederibus firmarent, quæ omnium consensu quinto Idus Aprilis publice per præcones enunciata est. M.CCCC. LIII. His foederibus ut quæ cuiusque ante id bellum fuissent redderentur, præter Gerram Abdæ, quam Franciscus de Venetis



& Castilionum Piscariae, quod Alphonfus de Florentinis ceperat. Hoc uero quo firmius haberetur, ut uel Alphonfus dignitatis regia habitam fuisse rationem dignosceret, ad hominem mittendos legatos principes ac ciuitates censuere; quod cum undique conuenissent, cumque Dominicus Capranicus cardinalis sanctae crucis, ac maior poenitentiarum, uir magne prudentiae & autoritatis, legatus a pontifice missus, hortando, monendo, pacis concordiae sequestrum se fore ostenderet, ita ad foedus post longas disceptationes tandem uentum est: ut quam Veneti ac Franciscus pacem composuissent, eadem firma & stabili ab omnibus haberetur: utque si qua deinceps dissensio discordia uel inter eos orta esset, eius tollenda ius potestatemque pontifex haberet: utque qui arma alteri intulisset, cognita a pontifice causa, is statim communis omnium hostis haberetur. Data itaque publica per omnes fide, iureiurandoque adhibito, foedus denique Neapoli firmatur, anno fere post superiorem pacem, qua nulla memoria patrum nostrorum maior aut firmior est habita. Omnes enim praeter Genuenses in eandem sententiam uenere: quibus cum Alphonso ex gente Catalonica nequaquam conueniebat ob tributum promissum nec redditum, ut Alphonfus dicebat. Relicta est etiam legatorum negligentia uel industria (ut quidam uolunt) ansa quaedam ad bellum, qua Alphonfus postea Sigismundum Malactam bello persecutus est, quod receptis antea a se mercedis nomine pecunijs, transiitione facta cum Florentinis hostibus suis contra se militasset. Nicolaus autem pontifex, siue tadio ammi, quo maxime cruciabatur post captam Constantinopolim, siue febri & podagra, qua potissimum uexabatur, pontificatus sui anno octauo moritur. M. CCCC. LV. sepeliturque in basilica Petri honorificentissima pompa, cuius in sepulchro hoc epitaphium merito inscriptum est,

Hic sita sunt quinti Nicolai antistitis ossa,

Aurea qui dederat secula Roma tibi.

Consilio illustris, uirtute illustrior omni,

Excoluit doctos doctior ipse uiros.

Abstulit errorem, quo schisma infecerat orbem.

Restituit mores, moenia, templa, domos.

Tum Bernardino statuit sua sacra Senensi,

Sancta iubilei tempora dum celebrat.

Cinxit honore caput Federici coniugis aureo.

Res Italas isto foedere composuit.

Attica Romanae complura uolumina linguae

Prodidit, en tumulo fundite thura sacro.

Laudatur quidem eius liberalitas, qua in omnes usus est; maxime erga literatos: quos & pecunia, & officijs curialibus, & beneficijs mirifice iuuat. Eos enim praemijs nunc ad lectioes publicas, nunc ad componendum de integro aliquid, nunc ad uertendos graecos autores in latinum ita perpulit, ut litera graeca & latina, qua sexcentis iam antea annis in situ & tenebris iacuerant, tum demum splendorem aliquem adeptae sint. Missit & literatos uiros per omnem Europam, quorum industria libri conquirentur, qui maiorum negligentia, & barbarorum rapinis iam perierant. Nam & Poggius Quintilianum tum inuenit; & Enoch Asculanus Marcum Caesium Appicium; & Pomponium Porphyriorem in Horatii opera scriptorem egregium. Aedificauit praeterea magnifice & splendide, tum in urbe, tum in Vaticano. In urbe aedes pontificias apud sanctam Mariam ad Praesepe. Restituit & templum sancti Stephani in Celio monte: a fundamentis uero erexit sancti Theodori templum inter palatinum & capitolinum montem in plano situm, Pantheon quoque in medio urbis positum templum uetustissimum, M. Agrippae opus plumbeo tecto restituit. In Vaticano autem & pontificias aedes sumptuosius operis in hanc formam, quam nunc cernimus redegit, & muros Vaticani praeter alios & latos inchoauit, iactis inanis fundamentis ad turres & maiorem molem superaedificandam: quibus coeheri hostes possent, ne aedes pontificias & beati Petri templum, ut antea saepe factum est, diriperentur. Inchoauit

uit praeterea ad caput templi beati Petri amplam testudinem, quam uulgo tribunam uocant: quo templum ipsum augustius, & hominum magis capax esset. Pontem quoque milium restituit; & aedes egregias ad balnea uiterbiana aedificauit. Iuuat & multos pecunia qui in urbe aedificabant. Eius etiam mandato uici urbis fere omnes strati sunt. Eleemosynas quoque multas in pauperes erogauit: maxime uero in nobiles ad inopiam ob uarios rerum humanarum casus redactos. Virgines inopes sua pecunia & munificencia maritis collocauit. Legatos aliunde uenientes munifice semper suscepit: nullo non genere honoris & liberalitatis adhibito. Facilis ad iram fuit, ne mentiar, quippe qui biliosus erat: facilis etiam reditu ad beneuolentiam; hoc est quod ansam maleuolis dedit ad carpendum hominem de deo & hominibus optime meritum. Auaritiae autem adeo expers fuit, ut neque officium ullum uendiderit unquam, neque beneficium simoniaca prauitate ductum ulli collocauerit. Gratus erga de se et ecclesia dei meritos, amator iustitiae, pacis autor & conseruator, clemens in delinquentes, ceremoniarum diligentissimus obseruator, nihil quod ad diuini cultus primum omittit. Extat adhuc uasa aurea & argentea: extat cruces gemis ornatae, extat & sacerdotales uestes auro & margaritis insignitae: extat pipetasma & aurea auro & argento intertexta: extat & mitra pontificia, qua hois munificentia nobis ostendit. Omitto tot libros sacros suo iussu descriptos, auro & argento redimitos. Licet in scripturae bibliothecam pontificiam sua industria & munificentia mirifice auctam. Religiosos, ut uernaculo uocabulo utar, ita amauit, ut eos & mira beneficentia & ecclesiasticis beneficijs iuuerit. Beatum quoque Bernardinum Senensem ordinis minorum in sanctos retulit, quod praedicando, docendo, monendo, castigando etiam factiones Italiae, Guelpham scilicet & Gibellinam magna ex parte extinxerit, & Christianis hominibus bene beatique uiuendi uiam ostenderit. Cuius corpus nunc etiam Aquilae magna cum ueneratione inuisitur.

## CALIXTVS .III.

CCXVIII. p. 5

**C**alixtus tertius, Alphonfus cognomento, Borja antea uocatus, natione Hispanus, patria Satiuensis, Valentinae diocesis, patre Iohanne, matre Francisca generosis parentibus natus, ac libere educatus, cardinalium suffragijs pontifex creatur, sexto idus Aprilis, M. CCCC. LV. Is enim quartumdecimum natus annum post prima literarum erudimenta ad Ileridense gymnasium missus, tantum studio & diligentia profecit, ut breui doctor in utroque iure factus, acute ipse alijs ac perdocte deinceps legerit. Hanc ob rem Petrus Luna (quem Benedictum tertiumdecimum appellarunt) proprio motu nemine rogante, canonicatum Ileridensis ecclesiae ei contulit. Verum cum iam eius doctrina omnibus nota esset, ad Alphonsum Aragonum regem profectus, eius consilio & secretis statim adhibetur. Cum autem a Martino pontifice ecclesiae Maioricensis gubernator factus esset, persuaderentque amici, ut ecclesiam ipsam in titulum acciperet, facturum se id reuinit, quod diceret se expectare episcopatum Valentinum: quem haud ita multo post suo merito consecutus est. Cum enim mortuo Benedicto tertio decimo, duo illi antecardinales, de quibus in Martino mentionem fecimus, Aegidium quendam Barchinensem canonicum in locum demortui Panischoe pontificem creassent, quem Clementem octauum appellabant, eo statim missus ab Alphonso rege, qui iam cum Martino pontifice in gratiam redierat, Alphonfus Borja est, non sine magno sui ac comitum discrimine, adeo locus ille Panischoe tyrannice custodiebatur; & ab his potissimum, quorum maxime intererat discordias alere. Qui Alphonfus adeo rationibus & autoritate Aegidii ipsum ad sanitatem deduxit, ut postea supueniente Petro Fuso Martini legato, pontificio nomine se abdicauerit, in potestateque pontificis deuenit. Hanc ob rem Martinus & Aegidium Maioricensem & Alphonsum Boriam Valentinum episcopum creauit. Orto deinde bello inter Alphonsum Aragoniae, & Iohannem Castellae reges, solus Alphonfus Borja delectus est, qui ad pacem & concordiam reges adhortaretur, quam septennium post inchoatum bellum tanta cum diligentia composuit, contracta etiam inter eos firmitate, ut hodie quoque aliquot illius foederis pacta seruentur. Verum cum postea inua-

lescente Basilienſi concilio, rex Alphoſus qui tum in regno Neapolitano bellum gerebat, rogaretur ut aliquem ex ſuis eò mitteret, Alphonſo Boria id negocium demandauit, qui aegre ferens rem tam pernicioſi exempli ſibi committi, cum regina egit Alphonſi uxore, ut in Italiam ad regem proficiſceretur cū Ferdinando regis filio; eumq; adhortaretur, ut tandem poſt multos labores, & tot pericula addita, in quibus tum etiam frequenter uerſabatur in patriam rediret. Rex autem ſe id facturum abnuens, hominem ad Eugenium miſit, qui tum Florētia erat, quo cum de pace ageret. Vitelleſchus enim Eugenij nomine regnum Neapolitanum armato milite ingreſſus, longe ac late omnia populabatur, prohibiturus quo minus rex Neapolij, quam tum oppugnabat potiretur. Cui autem in longum res protraheretur, Eugenioq; in mentem ueniſſet uiginti cardinales creare, Valentinum epiſcopum horum in numerum retulerat. Quam quidem dignitatē conſtantiffime reuēit, quod diceret id ſibi nequaquā integrum eſſe, re praſertim ob quam uenerat infecta. Redeunte deinde Romam Eugenio, cum patriarcha Aquileienſis Taracinam ad regem miſiſus, pacem inter pontificē & regem compoſuiſſet, federatq; iniſiſſet, quibus Valentinus epiſcopus ſemper interfuit, autoritatēq; ſuam interpoſuit & diligentiā, adeo à pontifice diligēti ceptus eſt, ut eum breui cardinalem creauerit tituli ſanctorum quatuor coronatorum, Romamq; ad ſe accerſerit, non minore modeltia in cardinalatu uens, q̄ antea in epiſcopatu fecerat, ab omni pompa & inani gloria alienus ſemper fuit. In dicendis autem in ſenatu ſententijs ita grauis habebatur, ut nihil unq; per adulationem & gratiam locutus ſit. Mortuo deinde Eugenio, eiusq; ſucceſſore Nicolao pontifice, Alphonſus Boria (ut dixi) in aedibus ſancti Petri pontifex creatus, Caliſti nomen de more ſuſcipiens, bellum Turcis ſtatim indixit. Id ſe ante pontificatū uouiſſe oſtendens ſuo chirographo, his uerbis ſcripto, quod in libro quodam ſuo extabat: Ego Caliſtus pontifex deo omnipotenti uoueo & ſanctae indiuiduae trinitati, me bello, male dictis, interdicitis, execrationibus, & demum quibuscunq; rebus potero Turcos Chriſtiani nominis hoſtes ſauiffimos perſecuturum. Admirati ſunt omnes qui aderant, q̄ pontificatus nomen ſibi deſumpſiſſet ante adeptam dignitatē; q̄q; homo ſenex, ac fere decrepitus tantum animi haberet. Ut autem quod promiſerat re ipſa praſtare poſſet, praedicatorum per totam Europam ſtatim miſit, qui omnes Chriſtianos in Turcos animarent; quicq; facultatum aliquid & opum ſuarum ad tantam expeditionem conſerrent. Ex his autem facultatibus ad ſedecim triremes Romae aedificatas in hoſtem miſit, patriarcha Aquileienſi praefecto, qui trienio maritima hoſtium aſianorum uexauit; inſulas quaſdam cepit, ac magnas calamitates hoſtibus intulit. Alphonſus autem rex & Burgundiae dux crucis ſignum ſuſcipientes, ituros ſe quoque in hoſtem profitebantur, uel armatos milites eò miſſuros. Verum cum res uno impetu mota eſt, ita etiam facile reſedit, principibus ipſis ob uoluptatem rem tantam & magnam gloriam parturam omittentibus. At uero dum pontifex ipſe de more in baſilica Lateranenſi coronaretur, duo milites, quorum alter ſub comite Auerſo, alter ſub Neapolione urſino diuerſarum partium ducibus militabat, de adoleſcente armigero contendentes, ita ſe mutuis uulneribus conſecere, ut uterq; ſtatim perierit. Hanc ob rem Neapolio factionem urſinam ad arma conuocans, aedes ubi comes Auerſus diuertere conſueuerat diripuit, aberat tum comes. Ad lateranum itaq; iturus Neapolio, ut comitem adoriretur, aegre à Latino fraatre, & à camerario pontificis retentus eſt. Non poterat certe ſine magna urbis calamitate eò proficiſci Neapolio, cum tota Columneſium factio, quae comiti fauebat, iam in armis eſſet. Miſerat & ad utrunq; pontifex Iohannem Baruncellum, & Laliū de Valle aduocatos conſiſtoriales, qui pacem inter eos componerent; atq; hoc modo autoritate pontificis ſedata ſunt omnia, non tamen uetus ſimultas inter eos ſublata eſt. Bello enim ſepius inter ſe concertant cum magno ſuorum incommodo. Pontifex autem ad tranſigenda negotia pontificia animum adiiciens, beati Vincentij Hiſpani ordinis praedicatorum & beati Edmundi anglicū memor, eos in ſanctos retulit; ob eamq; rem ſupplicationibus deo gratias egit, ab eccleſia Mineruae uſq; ad ſanctum Petrum continuo

magno cleri ac populi Romani apparatu. Verum ne quid ad diſturbandam eccleſiae quietem deeſſet, ruſtici quidam Palumbarae oppidi, quod in Sabinis eſt, extorres antea à Iacobo Sabello loci domino facti, domum redeuntes, duobus Iacobi filijs obrunctis, eccleſiae oppidum ipſum ſe dedituros polliciti ſunt; quod non modo Caliſtus reuēit, uerū etiam eò cardinalem Columneſem miſit, qui in gratiam Iacobi eos redigeret. Tum uero Neapolio ueritus ne cardinalis Palumbaram ſuo nomine occuparet, eò cum militibus ſuis proſectus, locum ipſum aliquot dies obſedit. Verum ſuperueniente Marthae Poiano & Francisco Sabello, ac pleriq; alijs militum ductoribus pontificis ac cardinalis Columneſis mandato ſoluta obſidione Palumbaram ingreſſi, ad uiginti ruſticos ex his poſitiſſimum, qui tumultum concitauerant, laqueo interemptos membratim diuiſere, caeteris exemplum daturi, ne in dominos ſuos tam grande facinus molirentur. Apparente deinde per aliquot dies cometa crinito & rubeo, cum mathematici ingentem peſtem, caritatem annonae, magnam aliquam cladē futuram dicerent, ad auertendam iram dei Caliſtus aliquot dierum ſupplicationes decreuit; ut ſiquid hominibus immineret, totum id in Turcos Chriſtiani nominis hoſtes conuerteret. Mandauit praeterea, ut aſſiduo rogatus deus ſelecteretur, in meridie campanis ſignum dari fidelibus omnibus, ut orationibus eos iuarent, qui contra Turcos continuo dimicabant. Crediderim tum ego precibus omnium Chriſtianos ad Bellogradum contra Turcos dimicantes duce Iohanne Vaio uado uiro clariffimo, aſtante etiam Iohanne Capiftrano ordinis minorum, crucemq; p uexillo hoſtibus inferente, eos Bellogradum oppugnantes ingenti clade ſuperaffe. Ad ſex enim hominum milia ex hoſtibus interfecta ſunt, cum parua noſtrorum manu, ut Caruagialla ſancti Angeli cardinalis ad pontificem & ad Dominicum Capranicum ſanctae crucis cardinalem ſcripſit; hoſtium quoq; commeatuſque, ad centum & ſexaginta bombardae captae ſunt, qua clade perterritus Turcus Conſtantinopolim propere ſe recepit. Actum de erudeliſſimo genere tunc certe fuiſſet, ſi Chriſtiani principes omniſis inteſtinis bellis & odijs, terra ac mari tantam uictoriam proſecuti fuiſſent, quemadmodum Caliſtus praedicebat & monebat. Verum his reſumptis uiribus, & Trapezon prius imperatore interempto, & Boſſinam deinceps rege ipſo capto atq; interfecto, poſtea cepit, admonentibus Chriſtianos omnes his, qui rerum experientia, & locorum cognitione tantam cladem à longe tanq; eſpectula quadam prauidēbant. Non ceſſabat Caliſtus literis & nuncijs principes Chriſtianos adhortari, ut in tanto malo oculos aliquando aperirent, fruſtra remedia deinceps quaerituros, ubi iam hoſtis inualuiſſet. Ecce autē dum uir bonus haec meditari & praedicebat, Iacobus Picenninus à Venetis diſcedens, *commodat.* cum magno equitatu ac peditaru in agrum Senenſem hoſtili animo deſcendit, repetens à Senenſibus aliquot milia nummum aureorum; quae, ut dicebat, patri Nicolao, qui corū auspicijs quondam militauerat ipſi merito debebant. Senenſes autem ſua reipublica cōſulturi, omnes Italiae principes ex foedere in auxilium uocant; maxime uero pontificem, qui eos primo admonuit, ut ne quadrantem quidē Iacobo darent; deinceps uero & milites ſuos contra Picenninum ipſum miſit; ac principes Italiae adhortatus eſt, ut idem ipſi facerent, ne aliquid graue incendium in Italia excitaretur, quod non ita facile extingui poſſet. Veriti omnes ne id certe eueniret, quod pontifex praedicebat, auxilia propere Senenſibus miſere. Solus autē Alphonſus qui Iacobo fauebat, hominēq; ad ſe uocauerat, eius beneuolentiae memor, quam antea cum patre Nicolao Picenino contraxerat, Senenſibus ex foedere auxilio non fuit; imo uero & comite Perilianum in Senenſes ita concitauerat, ut tanti mali prima cauſa inde exorta uideatur. Verū ſuperuenientibus auxiliarijs copijs, tum à Francisco Sfortia, tū à Venetis eo redactus eſt Picenninus aliquot praedictis, ſi non ſufus, ac mutilatus & debilitatus, maxime uero ad Orbatellum, ut conſenſis Alpho triremibus, quae ad hominē miſſae ſunt, rerum omnium inopia laborantē in regnū tantare fruſtra tentata, proſectus ſit. Quare & Caliſti & ſociorum opa atq; auxilio Senenſes magno piculo liberati ſunt, qui certe nō minus inteſtino, q̄ externo bello tum laborabant, cū non deſſent ciues quidam, q̄ ſp̄reta libertate factionem Alphonſi ſequerent.

rum etiam opa tñ bellū concitātū crediderim. Sed ciues bene sentientes, aut pulsīs aut cāsis male de patria merētibus, libertatē quam tū magno labore & sumptu peperere, nunc etiam & quidē diligenter tuerunt. Animaduertere & tum acerrime in militarem licentiam & transfugas, interfecto Giberto Corrigia, eiusq; milite in prædā datopaululum quoq; affuit, quī idem etiam Sigismundo Malatestæ acciderit, qui tum eorū stīpendio militabat; quīq; & bellum in longum ducebat, & prædām ex agris eorum non aliter abigebat ac si hostis esset. Eodē quoq; anno tantus in regno Neapolitano terræ motus exortus est nonis Decembris, ut & multa tēpla, & plures aedes cum magno hominum ac pecorum interitu corruerint; maxime uero Neapoli, Capuæ, Caietæ, Auerfæ cæterisq; ueteris Campaniæ urbibus, quarum ruinas ego cum maxima admiratione deinceps inspexi, dum cernendæ uetustatis studiosus eō me contuli. Repetebat tum uos tum Alphonsus tertio quoq; uerbo, quod in Turcos fecerat, & se quod uouerat breuifacitū dicebat; uerum nec sic quoq; impelli ad sanctam militiam potuit, adeo erat illecebris Neapolitani regni irretitus. Calistus autem sedatis Italiæ rebus, nouem cardiāles creat; quorum duo ex fororibus fuere eius nepotes, Rodericus Boria, & L. Iohannes cognomento Miliano ex sorore nepos. Aeneam quoq; Senensem episcopum cardiāle creauit; cuius opera in cōponenda Italiæ pace, Dum Senenses bello uexarent usus fuerat. Verum mortuo comite Tagliacocij, quē superiore anno pōtifex urbis pfectum creauerat, statim inter Auerfæ comitē & Neapolionē Vrsinum orta dissensio est, cū Auerfæ comes Monticellum non longe à Tibure positum occupasset, quod diceret eam hæreditatē ad nūrum suam p̄tinere comitis filiam, contra instaret Neapoli id suum esse debere iure hæreditario; quippe cum comes ipse ex gente Vrsina haberet. Ex alteratōe autē duorum de hæreditate inter se, armis etiam concertantium, maxima damna populus Romanus tum certe perpeffus est. Verum composita hac etiam controuersia, iullo utroq; ab armis discedere, Calistus Boriam nepotem suum & urbis præfectum creauit in locum demortui comitis, & eundem militibus ecclesiasticis p̄fecit, quo facilius barbaries urbis Romæ in officio contineret. Mortuo uero non ita multo post Alphonsō, hærede legitimo carente, tanti animi Calistus fuit, ut regnum illud repetere sit ausus, dictitans id ad sedē apostolicam Alphonsi morte iure feudatario deuolutū esse. Parabantur iam utriusq; arma; nec Ferdinandus Alphonsi hæres animos hominis contemnebat. Nos rat enim hominis ingenium & animi eius amplitudinem. Verum etiam eius morte disturbata sunt omnia, & tanto metu Ferdinandus liberatus est. Moritur autem Calistus pontificatus sui anno tertio, mense tertio, die decimosexto, sepeliturq; in uaticano ad sinistram basilicæ sancti Petri in templo rotundo, quod sanctæ Mariæ in febris dedicatum est, Nicolai impensa antea restitutum. Moritur etiam non multo post Boria nepos, q in ciuitatem ueterem confugerat, Vrsinæ familiæ odia declinans, quæ ipse contraxerat, dum alteri factioni magis fauere, Calistus autem in omni uita uir integerrimus est habitus, sed hæc eius præcipua laus est, quod dum episcopus esset aut cardinālis, beneficium aliquod in commendatione nunquam uoluit, dicens se una sponsa, & quidē uirgine contentum esse; hoc est ecclesia Valentina, ut ius pontificium mandat. Eleemosynas præterea pauperibus Christi, & seruis dei frequentius dabat, tum publice, tum priuatim. Virgines pauperes collata dote maritis collocabat. Nobiles ad inopiam redactos sua impensa in uita retinebat. Vtebatur & munificentia erga principes quando opus erat: maxime uero erga eos qui nomen Christianum autoritate & opibus suis iuuare poterant. Ad Vsumcasianum, Perfarum & Armeniæ principem, ad regem Tartarorum Lodouicum Bononiensem ordinis sancti Francisci fratrem misit cum multis & magnis muneribus, eos in Turcom excitans, qui persuasū hominis & magnas Turcis calamitates intulerat, & oratores suos quos ad Calistum destinauerant, ad Pium pontificem demum misit; quos certe cum admiratione, tum ob interualla locorū unde uenerant, tum uel propter habitum nostris oculis inuictum inspeximus. Ferunt Vsumcasianum superius per sepe hostibus, ad pontificem scripsisse, se quidem uictō

riam ex hoste reportasse ob preces ab eo ad deum habitas, eiusq; beneficij diuini potius quam humani se aliquando memorē futurū. Inchoata hæc amicitia à Calisto est, quæ nunc constanter Christiani cum ipso principe retinent, qui Turcom continuis prælijs uexat. In ædificijs autē paruos sumptus fecit, q; ei parū uiuere licuit; q; pecunias in usum tanti & tam piculosi belli colligebat. Restituit solum sanctæ Priscæ in Auertino tēplum, & mœnia urbis dirupta ac fere solo æquata. Aulæa tamen quædam auro intertexta ab eo empta cernuntur. In uictu suo parcus est habitus, in sermone modestissimus. Facilis aditu quantū ei p̄ aratē licebat; lā em octogesimum attigerat annum, nec tamen de studijs suis quicq; remiserat. Legebat ipse, aut legentes audiebat, si quid in tanto rerū fastigio ei temporis supererat. Officium transfigurationis domini nostri Iesu Christi ipse composuit, iussitq; eo modo atq; cum his indulgentijs celebrari, quibus celebritas corporis Christi in pretio haberetur. Oratores ad se uenientes mira beneuolentia complectebatur; quorum precibus aut postulatis ab honesto discedere nunquam uoluit. Hanc ob rem cum Alphonsō similitates exercuit, quod is peteret episcopatus interdum his dari, quibus, uel propter aratē, uel ignorationem, tum literarum, tum rerum humanarum committi nequaquam debebant. Moriens autē Calistus centum & quindecim milia nummū auroorum reliquit, q̄s in usus bellicos contra Turcos comparauerat. Dum autē Calisti auro celebraretur, moritur & Dominicus sanctæ crucis cardinalis, & summus penitentiarius, uir quidē grauis ac sapientissimus; sepeliturq; in tēplo Mineruæ bonis omnibus præ dolore lachrymantibus.

## PIVS .II.

CC.XIX

**P**ius secundus, Aeneas cognomento, Picolhominus antea uocatus, natione Italus, Senis oriundus, Corfiniani ortus, patre Syluiō, matre Victoria, patrum omnium consensu pontifex creatur tertio decimo calendis Septembris. M. CCCC. LVIII. Nā pater eius a plebe Senensi cum reliqua nobilitate è republica deiectus, ut ad fundum gentilium Corfinianum uallis Vrciæ oppidū se conferēs, infantē eo loci ex uxore suscepit. Nato puero, Aeneas Syluius nomē pater indidit. Puerpera autē p̄ quietē uisa est sibi infantem cū mitra parere, quæ (ut pronæ semp in peius mētes hoīm sunt) uerita est, ne somnium illud puero & familiæ ignominiam portenderet; neq; antea huiuscemodī suspitione leuari potuit, q̄ postea intellexerit filium tergestinū episcopum designatum fuisse; quo nuncio omni prorsus metu liberata, immortalī deo gratias egit, quod defunctum meliore fato, quàm ipsa coniectauerat filium sibi uidere contigisset. Prius tamen cum iam per aratē discere aliqd potuisset, Corfiniani singulari memoria, & summa docilitate grammaticam didicit; parce adeo ac duriter uitam ducens, ut omnia ruris officia ob inopiam adire sit coactus. Annum uero decimum & octauum agens Senas proficiscitur: ubi à necessarijs & cognatis adiurus, poetas primo, mox oratores audiuit; quibus facultatibus tantum ingenio & diligētia ualuit, ut breui præclara poemata latīna & herusca lingua ediderit, ludens credo in amorē, quo ætas illa maxime conflictatur. Inde uero ad ius ciuile se contulit; quod profecto non ita multo post deferere coactus est. Orto namq; inter Senenses & Florētinos bello, caritatē annonæ ueritus, & nobilitatē plebi Senensi suspectam cernens, uoluntariū sibi uelut exiliū adiecit, secutus amplissimum uirum Dominicū Capranicū, qui tum Senis iter faciens ad Basiliensē conciliū proficiscēbatur, questum iniurias ab Eugenio pōtifice sibi illatas propter denegatum galeatum cardinalatus insigne, quo etiam absente Martinus ob eius uirtutē & integritatē merito donauerat. Huius igitur contubernio usus, post longos itineris labores superatis alpiibus, caelo uicinis, & congelatis niuib; opertis, per inferni pontē, Lucernæ lacū Heluetiorum campos Basileam tandē puenit. Quo in conuentu, & si multa negocia Aeneæ Dominici secretario obuenerint, semper tamen est aliquid ocij suffuratus, quod literis traderet. Dominicū deinceps paupertate & inopia circūuentum; quippe cui beneficiarū & paternæ hæreditatis prouentū omnē Eugenijs denegabat, relinquere non sine lachrymis cogit, Bartholomæū Nouariensem ep̄m secur; q̄ cū Florētiam ubi Eugeni p̄

tifer erat peruenit. Sed hunc quoque in iudicium ob crimen laesa maiestatis ab Eugenio  
 accesserit Aeneas relinquere impellitur, Nicolaum sanctae crucis cardinalem secutus,  
 patrem certe optimum, ac omnium opinione sanctissimum, qui Atrebatum profectus  
 Eugenii iussu, ubi conuentus Gallorum principum habebatur, pacem inter duos Bura-  
 gundiae (qui cum Anglis sentiebat) & regem Franciae composuit. Redeunte autem in  
 Italiam Nicolao, quem Veneti ac Philippus Mediolani dux autorem componenda pa-  
 cis requirebant, Aeneas non admodum Eugenio gratus Basileam proficiscens, magno  
 semper in honore apud omnes esse habitus. Fuit enim scriba in synodo illa celeberrima,  
 & literarum apostolicarum abbreviator: Duodecimuir, qui magistratus in tanto con-  
 uentu censorius habebatur. Nihil enim publice per quenpiam agi poterat, nisi horum  
 grauisissima autoritas interuenisset: & si qui admissi ad consultandum de rebus conciliaribus  
 minus idonei habiti sunt, horum iussu senatu mouebant. Erant in eo concilio qua-  
 tuor conuentus: qui deputationes more aulico uocabantur, apud quos de fide, de pace,  
 de reformatione, de communibus agebatur. His magistratibus singuli praesidentes sin-  
 gulis mensibus praeficiebantur. In deputatione fides, cui Aeneas erat ascriptus saepe pfe-  
 dit. Inter collatores beneficiorum bis quoque electus. In eo autem conuentu persaepe ora-  
 uit, sed illa eius oratio egregia & elegans est habita, qua in eligenda concilii sede idonea,  
 Auenioni, Vtinae, Florentiae Papiam anteferendam ostendit, rerum opportunitate, situ  
 loci, aedium priuatarum magnificentia, caeli benignitate & clementia, commoditate re-  
 rum omnium, quae urbi possunt importari, liberalitate Philippi ducis. Cum uero alii  
 quid per nationes agendum erat, unus semper ex Italica deligebatur, qui rebus agen-  
 dis praeferebat: tanta erat in homine morum facilitas, & ingenii dexteritas. Legationes ue-  
 ro plures concilii causa obiuuit, Argentinam tertio, Tridentum semel, Constantiam secun-  
 do, Francofordiam semel, in Sabaudiam iterum mittitur. Designato autem post longas  
 consultationes concilii in pontificem Felice, Eugenioque excluso, cum octo uiri ex una  
 quoque natione deligerentur, quibus summa potestas in rebus conciliaribus permitteretur,  
 Aeneas pontificis secretarius magistratum illum ultro oblatum reuuit. Orator de-  
 inde ad Federicum imperatorem a Felice missus, tantum dexterrate ingenii apud ho-  
 minem ualuit, ut eum corona poetica donatum in amicos & protonotarium receperit,  
 ita eos Germani appellant, quos principes secretis adhibent. Relatus deinde in sena-  
 torum ordinem, quem princeps in rebus grauibus consulit. Tantum ualuit doctrina &  
 autoritate, ut facilis in quauis re ad ingenium pertinente primus haberetur, licet am-  
 los & obretractores multos haberet. Interim uero cum de abolendo schismate inter  
 Eugenium & imperatorem agi ceptum esset, eiusque rei causa ad pontificem Aeneas pro-  
 ficisceretur, Senis aliquandiu moratus, a suis uehementer rogatur, ne ad Eugenium pro-  
 ficisceretur: ueriti enim sunt, ne in eum pontifex grauius animaduertet, quod eius au-  
 toritas in basilienfi concilio ab Aenea epistolis & orationibus persaepe impugnata dice-  
 retur. At homo constans sua innocentia fretus spretis cognatorum precibus Romam pro-  
 ficiscens, se primum apud Eugenium eleganti oratione purgat, quod eorum autorita-  
 tem secutus esset, quorum sententia Basiliense concilium fuerat approbatum. Deinde  
 uero his de rebus cum eo agere cepit, quarum gratia ab imperatore uenerat. Missis de-  
 inde in Germaniam duobus ab Eugenio oratoribus, quorum alter Thomas Sarzanus fuit,  
 alter uero Iohannes Caruagiata, tandem horum uirtute & Aeneae industria, ut in Ni-  
 colao diximus, neutralitas sublata est. Ut uero etiam id rebus non uerbis tantum appare-  
 ret, imperator Aeneam ipsum Romam mittit, qui Eugenio publice diceret, se ac Ger-  
 manos omnes in humanis diuinisque ei deinceps obtemperaturos. Mortuo autem eo tem-  
 pore Eugenio, dum alter pontifex in locum demortui suffragiis patrum deligitur, Aeneas  
 conclaui praefuit, nullus enim orator tum in urbe erat tanto munere dignior. Crea-  
 to autem Nicolao pontifice accepta abeundi uenia, dum ab Eugenio subdiaconus crea-  
 tus, iter in Germaniam facit, episcopus Tergestinus moritur, in cuius locum Aeneas se  
 quidem inscio a pontifice & imperatore successus est. Philippo praeterea uiccomite sine

haredem mortuo a Caesare ad Mediolanenses orator mittit. Apud quos oratione habuit  
 de impio urbis hareditario, de quo fide seruanda: cui quidem si populus ille obtulerat, ad  
 huc forsata libertate uteret. Secundo uero ad eos rediens, extrema quoque ob libertate  
 patietis, obsidete Mediolani Francisco Sfortia, urbem ipsam cum maximo discrimine in-  
 gredis, relicta ad Nouicomium collegis, quos timor ab officio deterruerat. Inde autem re-  
 infecta abiens, impatoris mandato ad Alphonsum Aragoniae regem proficiscens, episcopus Sen-  
 sis, unde origine ducebat, a Nicolao creat. Composita deinde inter Alphonsum & impa-  
 torem affinitate, ad hominem in Germaniam rediens, eum semper adhortatus est, ut primo quoque  
 tempore in Italiam ad accipiendam imperii coronam proficisceret. Vnde Federicus iter in Italiam ingressus,  
 Aeneam praemisit, ut Leonorae uxori est Lusitania uel Portugallia (ut nunc dicitur) ad Hetruscum  
 litus puenturae honoris gratia obuia fieret. Qui ubi Senas puenit, non diu in urbe mo-  
 ratus, populo suspectus esse cepit, ne aduentante impatore, pulsus popularibus optima-  
 res reip. gubernanda proficeret. Aeneas igitur ut populum suspicione leuaret, Thalamonem  
 quo Leonora puenturae putabat proficisceret, non tamen ob eius discessum quiescere popularium  
 animi. Relegata namque per agros ad tempus omnis nobilitas est: cui paulo post ut mutabiles  
 sunt popularium mentes, redeundi in urbem potestas facta est, cognita impatoris integrita-  
 te, & Aeneae modestia. Is uero Pisas contendens, quo Lusitanos applicuisse intellexe-  
 rat, puellam uni sibi creditam ad imperatorem, qui tum Senis erat pduxit. Romam deinde tum  
 proficiscens, et priuatum & publice (dum Caesar corona imperii donaretur) egit omnia, Imp-  
 rator praeterea ad Alphonsum salutandi hominis causa iturus, Ladislaum regium adulescentem,  
 quem Pannonii & Boemi furtim ab eo abducere saepe tentauerant, Romam sub tutela &  
 custodia Aeneae, cui plurimam fidem praestabat, reliquit. Imperator autem Romam iterum rea-  
 diens, cum gratias pontifici egisset, Ferrariam proficiscitur, Borisioque Estensi Murinae ducis  
 ce creato: ubi Germaniam attigisset, Aeneam statim ex mandato pontificis cum summa  
 potestate oratorum in Boemiam & omnes Austriae ciuitates mittit. orta namque erat inter  
 eos & imperatorem controuersia pro Ladislaum rege: quem ille ad se mitti postulabant. Sub-  
 lata autem tanta controuersia, ac pace inter utrosque composita, Aeneas haud ita multo post  
 ad conuentum Ratisponensem mittitur: ubi imperatorias uices gerens praesente Philip-  
 po Burgundiae duce, & Lodouico Baioariae de immanitate Turcorum, & de calamita-  
 te reip. Christianae tanta contentione dixit, ut omnibus gemitum & lachrymas excu-  
 serit, praecipue autem Philippum Burgundum ad eam expeditionem adeo animam  
 re uisus est, ut bellum statim omnium consensu decerneretur: quod postea omisum est  
 eorum ambitione & stultitia, qui cuncta sibi deberi putabant. Aeneas uero ingrauecen-  
 te iam aetate taedio laborum, ac diutina inter exteris gentes peregrinatione fessus, re-  
 dire Senas ad lares patrios instituerat: quem tamen facile imperator est sententia mo-  
 uuit, cum diceret sibi in animo esse, Turcis ipsis bellum inferre. Missus itaque ob eam rem ad Fran-  
 cofordiensem conuentum, Germanos principes, qui ex tota prouincia eum conuenerant,  
 grauisissima & longa oratione ad bellum periculosum, & necessarium, multis rationibus  
 adhortatur. Visus est quidem omnes uehementer commouere. Verum hoc natura com-  
 pertus est eorum animos cito residere, quorum affectus per facile mouentur. Tertius ite-  
 rum eadem de re in noua ciuitate conuentus habetur, in quo Aeneas mirifice annixus pedibus  
 & manibus est, ut aiunt, rem ex sententia proficere: priuatum & publice unumquemque ad id bel-  
 lum cohortando, quod salus Europae principum ac populorum libertas, dignitas Christiani nominis  
 continebatur. Nec aberat a spe perficienda rei, cum subito nunciatum est Nicolao pontifi-  
 cem esse uita migrasse, cuius in morte disturbata sunt omnia: nam & conuentus soluitur, & Ger-  
 mani reges nouaque cupidi psuaderi impatori annexi sunt, ne pontificibus amplius obtre-  
 paret, nisi quaedam ad pragmaticam tendentia ab ipsis prius impetrasset, quod diceret Ger-  
 manis longe peiorum conditione esse, quam uel Gallis uel Italis: quoque serui, Italorum in primis, ni-  
 res immutarent, merito esse dicebant. Nec certe pcul abfuit, quin imperator tumultu-  
 antibus obsequeret. Quo minus autem id fieret, grauisissima Aeneae autoritas intercessit: cuius  
 haec fuit apud Caesarem sententia, Inter principes etiam de magnis rebus inter se disside-

tes, pacem aliquam & amicitiam componi posse. At inter principem & populum immortale odium semper interuenisse: quare dicebat, satius sibi uideri cum pontifice sentire, quam eorum cupiditatibus obtemperare, quorum mentes non ratione, sed appetitu & cupiditate ducunt. Morus hac ratione imperator, spreto populorum postulatione, Aeneam oratorem deligit, qui ad Calistum mittere. Is autem Romam profectus, dum Federici iuramentum pontifici de more exhibet, collaudato quantum satis erat utroque, tanta eius oratio fuit de bello Turcis inferendo: adeo erat ad eam rem animatus. Videbat enim uir sapientissimus, id quod postea usu accidit, barbaros uictoria elatos occupata Graecia non quieturos. Inde uero ad pacem Italiae conuersus, qua perfecta, bellum Turco inferri posse existimabat, pontificem ad eam rem uehementer adhortatur. Premebantur tum Senenses comitis Petiliani & Iacobi Picennini armis, qui Alphonso potius quam proprijs auspicijs bellum illud gerebant. Ut igitur omnis belli uis extingueretur, Aeneas iussu pontificis & ciuium suorum rogatu, Neapolim ad Alphosum proficiscitur: quo etiam totius ferme Italiae legati de pace acturi conuenerant: quibus cum certe usque ad eam diem ea de re nil adhuc actum erat. Vix superueniente Aenea, tum demum sibi de pace conuentus dixit: quoniam is quidem, quem unice diligebat, ad se ob eam rem accessisset. Impetrata itaque pace, ac liberata ab hoste patria, apud Alphonsum, cuius familiaritate plurimum delectabatur, aliquot menses fuit, quo tempore seruata opportunitate hominem eleganti & copiosissima oratione ad bellum maritimum orientalibus inferendum perpulit. Inde uero Roma abiens, iter in patriam facturus, a Calisto pontifice retentus est, a quo etiam non multo post patrum omnium consensu in numerum cardinalium referret. Apud Calistum uero tanta ciuilitatis & gratiae fuit, ut hominem impulerit oratores ad Senenses mittere, qui tum diuisi discordia laborabant, ut populum tumultuantem ad pacem & concordiam adhortarentur. At uero dum in balneis Viterbianis ualitudinis causa esset, historemque Boemiam inchoasset, mortuo Calisto Romam statim rediit: cuius expectatio rata fuit, ut magna pars populi Romae officij causa obuiam progressa, hominem (quasi diuinarent) ut pontificem salutant. Ad hunc enim consensum omnium pontificatus deferretur. Ingressus itaque conclave, patrum omnium suffragijs pontifex maximus (ut dixi) creatur. Accepta deinde pontificia corona, qua tertio nonas Septemb. pontificali apparatu basilicam Petri ingressus est, cum deo immortalis gratias egisset, se totum confirmata prius ecclesiae ditione, ad eam rem reipsum Christianae conuertit. Nam & bellum ante eius pontificatum in Umbria exortum, Iacobo Picennino duce rerum nouarum cupido statim eo pontifice sublatum est, Assisum & Nuceria ab hoste recepta. Inter Ferdinandum regem & Sigismundum Malatestam, quod difficillimum factum uidebatur, compositae induciae, quo Mantuam omnibus ubi communem Christianorum conuentum indixerat, tuto proficisci liceret. Creato autem principe Colimensi urbis praefecto in locum demortui Boriae, relictoque Romae legato Nicolao Gusa sancti Petri ad uincula cardinali, media hyeme ab urbe discedit, per eas ciuitates iter facit, quae ciuili discordia ad bellum potius quam ad pacem spectare uidebantur, populos ad concordiam & quietem adhortatur. Mantuam postremo undequaque uentum est. Magnus aderat principum numerus, magna legatorum uis. Ex tota enim Europa nulla natio, gens nulla fuit, quae non aut principes, aut legatos eorum miserit. Actum denique est in illo celeberrimo conuentu, Pio ipso dicente, ut bellum cum omnino decreto Turcis indiceret. Dictae sententiae, qua id ratione geri posset, propositum periculum quod ciuilibus Christianorum immineret. Morae sunt omnibus lachrymae, cum eorum calamitates exponerent, qui a barbaris in grauissima seruitute quotidie abducebantur. Incensi animi, cum uiderent Turcos occupata Graecia & Illyrico interiori Europa penetraturos. Nil est certe ab eo praetermissum, quod ad mouendos Christianorum animos pertineret. Magna quidem in dicendo Prae laus fuit, quod cum sapienter eisdem de rebus loqueretur, diuersa semper uisus est dicere: tanta erat in homine elegantia & copia. Galloque querimonias & calumnias Renati regis, quod Ferdinandum Alphonso filium in regno Neapolitano confirmasset: quod eundem coronam regia donasset tribus actionibus acerrime confutauit, Agebantur haec in Mantua

no conuētu, cum tota fere Europa relicto externo bello, ad intestinum animos atque arma conuertit. Surgunt Germani, partim in seipsos, partim in Pannonios: quorum opera tantum tanquam necessarium bellum magna ex parte confici potuissent. Excitatur Britannia duplici factione: quarum altera ueterem in insula regem, altera nouum fugato ueterem retinere conatur. Surgunt praeterea Hispani Barchinonensibus auxilio futuri: quos Aragoniae rex Gallorum armis aduersus bello premebat. Et ne quid ad disturbanda omnia deesset, Italiae Europae caput relicto externo bello, ad intestinum animos atque arma conuertit. Gebebatur tum bellum in Apulia, quo Iohannes Renati regis filius Ferdinandum regno pellere conabatur. Hinc duplex factio in tota prouincia exorta est: cum in Ferdinando, illi Renato fauerent. Pius itaque omisso mantuano conuētu ad sedandos motus in Hetruriam rediens, Viterbium ab aduersa factione per fraudem occupatum haud magno negotio recipit. Picens ob fines domesticos acerrimis bellis exagitati, partim ratione, partim metu ad pacem rediguntur. Umbros simili contentione distractos, ac magnis caedibus oblitos & foedatos auctoritate sua tandem sedauit, Senensium rempu. sublati seditionibus omnibus, quibus triennio ante laborauerant constituit. Exules quosdam uiros certe praecellosos in patriam restituit. Nobilibus reipsum administrationem reddidit: in Sabinorum uero perfidiam animaduersum est, quod hostem publicum commeatu & trassitu iuuissent. Romae grauissimos tumultus scitariorum repressit capto cum aliquot socijs Tiburtio Angeli Massiani filio: quem diximus a Nicolao ob coniuurationem interemptum, & laqueo ad fenestras capitoli suspensio: quod ausi fuissent templum Pantheon occupare, atque inde tanquam ex arce in optimum quemque crassari. Tyrannos quosdam ad res nouas spectantes est finibus ecclesiae bello submouit, neminem unquam bello attigit, ad quem legatos non prius miserit, si quo modo ad sanitatem rationibus adduci posset. Federicum Vrbinate copiarum suarum ducem, cum Alexandro Sfortia in Maros misit, qui Iacobum Picenninum remoraretur a Renato mercede conductum, ne in Apulia ad Galos Ferdinandum bello uexantes transfret. Ferdinando autem ad Sardinum fugato auxilio fuit, quo minus regno spoliaretur: ueritus ne si Galli regnum occupassent, uictoria elati libertatem Italiae subuerterent. Legatorum a Gallis uenientium minas & pollicitationes, quibus se a Ferdinando ad Renatum traducere conabantur, facile contempsit: Sigismundi Malatestae ecclesiae Romanae uectigalis fueros ac rabiem censuris & armis compressit. Is enim spreto foedere, quod inter se et Ferdinandum fuerat a pontifice ictum, castella omnia ob seruandam fidem data, contra ius fasque uic cepit. Legatum ecclesiae Romanae ad Nidastrem fugauit, Picens bella intulit. Huius uero rabies sequenti anno ad Senogalliam Federico Vrbinate & Neapolione Vrbino ducibus graui praelio compressa & castigata est, recuperata Senogallia. Expugnatum Fortunae fanum Nicolao Pistorienfi cardinali sanctae Ceciliae legato, ac magna pars Ariminensis agri ei ademta est, ne posset aliquando ad rebellionem spectare. Pugnatum est praeterea non ita multo post a Ferdinando pari felicitate ad Troiam Apuliae oppidum, quo praelio princeps Tarentinus ac peritque alij, qui nouarum rerum cupidi Gallica sequebantur arma, adeo sunt perterriti, ut supplices a rege pacem petentes, in eius amicitiam redierint fere omnes, praeter paucos, quos postea rex bello insecutus, aut regno expulit, aut ad sanitatem redegit. Pius autem duobus maximis ac grauissimis bellis liberatus, expeditionem asiaticam qua in mantuano conuentu regum ac principum ambitione & auaritia fuerat omissa, repetit: socios belli Vngariae regem, Philippum Burgundiae ducem ac Venetos: quod hi promptiores ad eam rem esse uiderentur sibi adiungit. Oratores & nuncios cum literis apostolicis ad gentes & nationes Christianas mittit, qui principes omnes, qui populos ad tantum bellum tanquam necessarium adhortarentur. Ipse interim Senas proficiscitur, iustus ubi ei per anni tempus liceret ad balnea Petriolana, qua potissimum eius aegritudinem lenire uidebantur. Ibi autem cognoscit Philippum Burgundum, qui semet uenturum cum milite & classe uouerat, a tanta pollicitatione destitisse. Intelligit praeterea multos esse principes ac populos non externos modo, sed Italos quoque quibus ambitione & liuore rem

Sardinum.

Nidastrem.

tantam disturbare conarentur, quia eos uiderent nobilissima præmia reportaturos, qui tantam belli molem subirent. Hos autem (ut pontificè decuit) admonitionibus ad sanitatem reducere conatus est. Relictis uero balneis ad urbem proficiscitur: ubi uehementi dolore pedum & graui febre dies aliquot laborauit: qua ex re factum est, ut nonis Iunij, quemadmodum publico decreto enunciauerat, Ancone esse nequiuert. Delinita uero aliqua ex parte ægritudine, oratores à rege Gallorum & Burgundiarum duce uenientes, eiusque moram excusantes, audit. Vocatis deinde ad se patribus cardinalibus, regi Boemiam de fide catholica male sentienti diem dicit: Inde ab urbe discedens, per Sabinos, Umbros, Picentes, Ancona lectica iacens deferitur. In itinere autem magnam uim hominum ex Germania, Gallia, Hispania uenientium ad bellum Thurcis indictum offendit: quorum magnam partem absolutam peccatis (Germanorum potissimum) in patriam remisit, quod minus idonei bello gerendo essent: quodque etiam belli impensam, ut in literis apostolicis continebatur secum non detulissent. Dum classem qua passim in portibus superi inferique maris ad tantum bellum fuerat ædificata, dumque Venetorum ducè belli socium Ancone expectat, diutina & lenta febris afflicta, moris anno sexagesimo quarto supra quadringentos & mille, XVII. calendas Septembris, horam circiter tertiam noctis: anno uero pontificatus sexto, diebus sex minus. Tantæ autem constantiæ & fortitudinis fuit, ut tota ægritudine graui quidem & longa occupationes intelligendi causas diuersarum gentium audiendi, inhibendi, decernendi, iudicandi, signandi, admonendi, castigandi intermiserit nunquam. Eo autem die quo è uita migravit duas horas ante extremum uitæ spacium patres cardinales ad se uocatos constanti animo & uoce non inconcussa ad concordiam in eligendo nouo pontifice adhortatus est: quibus item honorem summi dei, dignitatem ecclesiæ Romanæ, bellum à se in Thurcos susceptum, salutem animæ suæ, familiam omnem, nepotes uero maxime si commendatione dignos se præstiterint, constanti ac graui oratione commendauit. Petijt sponte sacramenta omnia, & signa integerrimi Christiani omnibus in rebus præ se tulit. Præterea uero acerrime tum quidem disputauit cum Laurentio Rouerella episcopo Ferrariensi theologo doctissimo, liceret ne extremam unctionem iterare, qua semel inunctus fuerat, dum Basileæ pestilentia grauissime ægrotaret. Orationes canonicas, ut intermitteret in tanta animi anxietate, neque domesticorum quidem precibus exorari potuit. Symbolum Athanasij constantem pronunciauit: & pronunciatum uerissimum ac sanctissimum esse dixit. Non motum exhorruit, non perturbationis, aut inconstantiæ, dum supremum spiritum efflaret, si gnium aliquod edidit. Extinctus pfecto magis quam mortuus dici potest, adeo longis ægritudinibus maceratus erat, ut corpus suum Romam deferretur suis mandauit. Affirmat polinctorum uiuacissimum cor in homine inuentum. Funus Ancona Romam deferretur, comitante familia lugubri ueste induta, ac lachrymis squalida. Peractis autem de more exequijs in basilica sancti Petri, conditur ad altare sancti Andreæ, sepulchro Fracisci cardinalis Senensis impensa condito cum hoc epitaphio, P I V S. S E C V N D V S. P O N T. M A X. N A T I O N E T V S C V S, P A T R I A Senensis, gente picolhominea: se die annos. VI. Breuis pontificatus ingens fuit gloria. Conuentum Christianorum Mantuæ pro fide habuit. Oppugnatoribus Rom. sedis intra atque extra Italiam restitit. Caruarinam Senensem inter sanctas Christi retulit, pragmaticam in Gallia abrogauit. Ferdinandum Aragonensem in regnum Siciliae cis fretum restituit: rem ecclesiæ auxit. Fodinas inuenti tum primum aluminis apud Tolsam instituit: cultor iustitiæ & religionis. Admirabilis eloquio. Vadens in bellum quod Thurcis indixerat Ancone deceffit: ibi & classem paratam, & ducem Venetorum cum suo senatu commilitones Christi habuit. Relatus in urbem est patrum decreto, & hic conditus ubi caput Andreæ apostoli ad se ex Peloponneso aduectum collocari iusserat. Vixit annos. LVIII. menses. IX. dies. XXVII. Collegio autem cardinalium quing. & quadraginta milia nummum aureorum à uectigalibus ecclesiæ pensum ob indictum Thurcis bellum reliquit. Has autem pecunias cardinales & triremes, quæ tum in portu Anconitano erant Christophoro Mauro Ve-

netorum duci qui biduo ante Pij mortem cum triremibus undecim applicauerat, committuntur his conditionibus, ut nauigijs pro eorum arbitrio bello nauali uterentur: pecunias uero stipendij nomine ad Matthiam Vngarorum regem mitterent, bellum assiduo cum Turcis gerent. Mortuus est uir fortitudinis certæ, ac prudentiæ singularis: & qui non ad oculum, ad segnitiam, sed ad res agendas, & maximas quidem natus uidebatur. Augere maiestatem pontificis conatus est semper. Non reges, non duces, non populos, non tyrannos in se aut ecclesiasticum quempiam delinquentes, bello, censuris, interdictionibus, execrationibus psequi prius destitit, quam eos ad sanitatem rediisse cognouerit. Lodouico autem regi Gallorum aduersatus est, quod libertatè ecclesiæ minuere conaretur, cum ab eo antea pragmatica ecclesiæ Romanæ perniciosissimam pestem extorsisset. Borfio duci Mutinensi minatus est, quod ipse Romanæ ecclesiæ censurarius, & Sigismundo Malatestæ hosti ecclesiæ, & rebus Gallicis faueret. Sigismundum uero Austriæ ducem grauissimis censuris persecutus est, quod Nicolaum Cusanum cardinalem ad uincula Petri cepisset, ac comprehensum aliquandiu in carcere detinuisset. Dieterum Isenburgensem Maguntinum antistitem male de ecclesia Romana sentientem sede depulit, inque eius locum alterum suffecit. Beneuentani archiepiscopi contra eius uoluntatè res nouas molentem, Beneuentumque Gallis prodere conatam, archiepiscopatu mouit. Franciscum Copinum plus autoritatis cum magna pernicie & clade hominum in legatione Britannica sibi uindictantem, qui è sede apostolica concessum fuerat, episcopatu Interamneni priuauit. Tarracinum, Beneuentum, Soram, Arpinum, ac magnam partem Hernicorum (quæ nunc Campania uocatur) in deditiōnem ecclesiæ redegit. Nil regibus, nil ducibus, nil populis timore & auaritia concessit unquam. Quosdam uero seuerissime arguit, quod ea peterent quæ sine ecclesiæ detrimento & eius ignominia fieri nullo modo possent. Tantum terroris dominis quibusdam Italicis præsertim iniiecit, ut officio & fide nil antequam ducerent, ut hostes publicos constantem psecutus est, sic amicos humanissime ac officiosissime fouit. Federicum Romanorum imperatorem, Matthiam Vngarorum regem, Ferdinandum Alphonfi filium, Philippum Burgundum, Franciscum Sfortiam, Lodouicum Gonzagam uehementem dilexit. Duodecim cardinales suo pontificatu ueteribus addidit, Reatinum, Spoletinum, Tranensem, Alexandrum Saxoferratensem, Bartholomæum Rouerellam, Iacobum Lucensem, Franciscum Laodamiæ sororis suæ filium, Franciscum Gonzagam, Lodouicum principis filium. Hi omnes Italicis sunt habitus. Ex transalpinis, Salsburgensem, Lodouicum Libretum Atrebatensem, Vergelensem. Viuedi autem ratione ita partiebatur, ut oculi & de fidiæ accusari nullo modo possent. Surgebat mane aurora illucescente, & habita rone ualerudinis, ac re diuina caste et pie facta ad negocia publica statim egrediebat. Fugit officio ac per hortos recreandi animi gratia delatus prædebat. Mediocri cibo utebatur, non exquirit & lauto. Cibos raro sibi apparari iussit, quod apponebat hoc edebat. Vini parcissimus: dulci ac lenis magis quam austeri amator. Sumpto cibo dimidium horæ cum domesticis, aut fabulabatur aut disputabat. Cubiculum deinde ingressus cum paululum quiesceret horis canonicis de more repetitis tadium legebatur, aut scribebat, donec ei per munera publica licuisset. Idem faciebat noctu, quod die post cenam: nam & legebatur & dicebatur usque ad multam noctem in lecto iacens: nec amplius quam horis quinq. aut sex quiescebat. Non fuit statura breuis, caput habuit ante annos canum, faciem ante dies senectam præ se ferentem. Aspectu seueritate facilitate conditum ostendebat. Circa cultu corporis neque morosus, neque negligens, laboris patiens habebatur. Sicut æquo animo & famem tolerauit. Robustum ei corpus natura dederat, quod tamen longæ pegrinationes, & crebri labores, frequentes uigiliæ attriuerat. Accedebatur morbi eius familiarissimi, tussis, calculus & podagra: quibus ita persape cruciabat, ut propter unicam uocem nil ei, quare uisus dici posset relictum uideret. Aditu etiam dum ægrotaret facilis erat, uerborum parcus, inuitus petita negauit. Peculiarum quantum collegit tantum erogauit: quarum neque studiosus, neque aspectator fuit. Dum numerarent, dum reponerent interesse nunquam uoluit. Fouere ingenia suorum temporum non est uisus, quod tria grauissima bella ab eo suscepta ararium pontificum ita continuo exhauerant, ut ære alieno, ac magno quidem saepe premeret. Multos tamen muneribus

aulicis & beneficijs ecclesiasticis iuuuit, literatos dico, Orantes aut poemata recitantes libenter audiuit; eorumque iudicio qui aliquid sapere uiderentur, sua scripta commisit. Mendaces & delatores odio habuit, iram facile collegit, collectam facillime reppit. Lacescentibus eum conuicijs & dictis petulantioribus constanter ignouit, nisi sedi apostolicæ facta esset iniuria; cuius dignitatē adeo acriter tutatus est semper, ut eius causa magnorum regum ac principum graues inimicitias frequenter susceperit. Erga domesticos mira comitate & facilitate utebatur. Nam quos uel incitauit, uel ignauia deliquisset deprehendisset, paternā charitate admonēbat. Male de se opinantes uel loquentes coercuit nunquam libere enim in libera ciuitate loqui omnes uolebat. Quarenti nescio cui apud eum, quod male audiret, respondit, de me quoque qui male sentiant, si in campum Florentiæ proficisceris multos audies. Si quā de cæli Romanū tanquam naturæ suæ contrarium & insalubre mutare constituisset astate percipere, aut Tibur, aut Senas in patriā proficisceretur. Secessu autē abbatia mire delectabatur, quæ in agro Senensi, tum amenitate loci, tum opacitate sylvarum mira refrigeratio astate habetur. Frequentauit Maceratana & Petriolana balnea ualitudinis causa. Rara uelute utebatur, & argento frugaliter magis quam regio. Eius enim uoluptas omnis quando a muneribus publico uacabat in lectioe & scriptioe frequenti reposita erat. Libros plusquam sapphuros et smaragdos charos habuit, quibus chrysolithorum magnā copiam inesse dicebat. Mensam autē artificiosam ita contempsit, ut ad fontes, ad memora, ad loca agrestia delatus, quæ sæpe frequentabat animi causa, non apparatu pontificio, sed humiliter ac prope rusticano sit usus. Hanc eius crebram locorum mutationem non desuere, qui carperet, ex aulicis maxime, quod id nunquam ab alijs pontificibus factum esset, nisi aut bello aut peste urgente. Horum autem querelas contempsit semper, quod diceret, nil ob eam rem a se permitti, quod ad dignitatē pontificatus, ad utilitatē aulicorum pertineret. Signabat omnibus in locis, audiebat, cetera sebat, respondebat, affirmabat, refellebat; quibus ex rebus quouis etiam in loco abunde omnibus satisfieri poterat. Non libenter solus comedebat. Hanc ob rem, uel Spoletinum cardinalem, uel Transerem, uel Papiensem in conuiuio adhibebat; inter cenandum de studijs bonarum artium loquebatur, memoriam ueterum repetebat; & quid quisque laudis uel dicendo uel scribendo consecutus esset, exquisito iudicio ostendebat. Ad uirtutem suos frequenter adhortabatur, a uicijs deterrebat, cum eorum res gestas commemoraret, quod in uita recte aut perperam egissent. Augustino patritio lectore usus est; a quo etiam (dum ipse dictabat) describebant omnia; tales interdum libenter audiebat, negocijs presertim uacuum. Florentinum quendam interdum adhibebat (cui Græco nomen est) hominem certe cuiusuis mores, naturam, linguam cum maximo omnium quod audiebant risu facile exprimebat. Homo fuit uerus, integer, apertus, nil habuit ficti, nil simulati. Christianam autem religionem ita coluit & obseruauit, ut omnem prorsus hypocrisis suspicionem a se remoueret. frequenter confitebatur et comunicabat. Rem diuinam aut ipse faciebat; aut dum fieret obseruatis de more ceremonijs omnibus astabat. Somnia, portenta, prodigia contempsit sper. Fulgura procurauit nunquam. Geomantibus & cæteris id genus nulla fide adhibuit. Timiditatis & inconstantiæ signum nullum in homine cognitum. Extolli secundis rebus, & perturbari aduersis nunquam uisus est. Suos plerumque ut timidos & formidolosos reprehendit, quod acceptas clades (ut in bello contingit) apte ei denunciare uerere. Incommodis enim consilio manu mederi posse dicebat, si id ad tempus quod accidisset scitum foret. Socios belli, uel magnitudine impetu, uel hostium potentia perterritus deseruit nunquam. Bella suscepit inuitus; in multis ac maximis iniurijs lacessit per tutela ecclesie, per defensionem religionis. A edificandi studio uehementi delectatus est. Impensa enim sua scalam templi ad Vaticanum ueustate collapsam instaurata. Vestibulum aedium ad dignitatē & tutelam loci munitum. Aram per templi foribus rudibus purgatam sternere parabat. Porticum uero pontifex populo benediceret inchoauerat. Tibure arcem pfectis priusquam inchoasse uisus est. Senis quadrato saxo gemilibus suis porticum fastigiata et ornatissima extruxit; Corsiniam, quod Pientiam a Pio nomine in pontificatu accepto appellauit, ciuitatem fecit; templumque testudines, celebre id quidem, et ornatissimas aedes extruxit. Sepulchrum marmoreum paternis maternisque ossibus Senis in templo beati Francisci suo iussu conditum, hoc disticho notauit:

Sabellicus Cuius sum legi.

Syluius hic facio, coniuux Victoria mecum est; Filius hoc clausit marmore papa Pius.

Quatuor habuit ex sorore nepotes; ex his duo minores natu ei gratia & autoritate a rege Hispano equestri ordini sunt additi. Primus cui Ferdinandus rex filiam in matrimonio um locauerat, dux Amalphitanus creatus. Secundus, quem (ut antea dixi) Pius in numerum cardinalium reuulit, tanta cum integritate & uirtute adhuc uiuit, ut in eo nil sit regendum, quod ad amplissimum uirtutis p̄neat; ingenio, moribus, solertia, religione, modestia, grauitate. Ad Pium redeo, qui in tanto regis fastigio collocatus, literarum studium intermisit nunquam. Adolescens, & nondum sacris initiatus poemata edidit, lasciuia magis & festiuitati ac commodata, quam p̄sa & graui. Surgit tamen nonnunquam; & dum iocatur, mordacitate non caret. Extraxit eius epigrammata referta salibus. Ad tria milia uariorum uersuum scripsisse dicitur, quorum pars magna Basilea perijt. Orationi soluta reliqua uita se totum dedit, magnitudine regis inuictus, delectatus est etiam mixto scribendi genere, & ad philosophandum aptiore. Libros in dialogo edidit de præte cocilij Basilienensis, de ortu Nili, de studio uenandi, de fato, de prescientia dei, de hæresi Boemorum. Reliqui dialogum impfectum contra Turcos inchoatum per defensionem fidei catholicae. Epistolas digessit in tria; & quas p̄phanus, quas sacris initiatus, quas antistes, quas pontifex maximus scripserit, uoluminibus separauit. His reges, nationes, ciuitates, principes atque omne genus hominum ad religionis arma incedit. Extraxit eius epistola ad Turcum, qua hominem adhortatur, ut posthabita Mahometana perfidia, ueram Christi Iesu religionem sequatur. Libellum edidit de miseria aulicorum. Scripsit etiam de institutione artis grammaticæ ad Ladislaum adolescentem Vngarorum regem. Orationes circiter duas & XXX. habuit ad pacem regum, ad concordiam principum, ad tranquillitatem nationum, ad defensionem religionis, ad getem totius orbis terrarum spectantes. Boemicam historiam p̄fecit; australem impfectam reliquit. Aggressus est historiam regum ubique locorum; sua ætate gestarum; quæ a negotiorum multitudine oppressus impfectam reliquit. Commentariorum de rebus a se gestis libros duodecim scripsit, tertium decimum inchoauit. Scribendi genus lene est ac t̄parum. Cõdones habet splendidas & rei accommodatas. Mouet affectus, ac eos denique sedat. Candore & ornatu orationis nunquam intermittit. Describit apposite situm & flumina. Varios pro tempore sumit eloquentiæ uultus. Cognitionem rerum antiquarum non omittit. Nullus oppidi occurrit metio, cuius originem non repetat, situm non notet. Qui duces qua ætate claruerint diligentissime prescribit. Mimos etiam ad uoluptatem notauit. Sententias in proverbij modum reliquit multas; quarum partem aliquam quod ad institutionem humanam uitam pertinere uisæ sunt, subiungere instituit. Dicit uinam naturam credendo melius quam disputando intelligi ac comprehendere posse dicebat. Omnem sectam autoritate firmatam humana ratione carere. Christianam fidem etiam si miraculis non esset approbata, honestate sua recipi debuisset. Vnius diuinitatis tris esse personas non qua ratione probet, sed a quo dicatur animaduertendum. Mortales mentores cæli & terrarum audaces magis uideri quam ueros. Siderum inuestigare cursus, pulchrius esse quam uitæ. Amicos dei & hac futura perfrui uita sine uirtute nulli solidum esse gaudium. Neque auarum pecuniam, neque doctum cognitionem rerum nunquam repleri. Cuius plura nosse datur est, eum maiora sequi dubia. Plebeis argenti, nobilibus auri, principibus gemmarum loco literas esse debere. Bonos meliores non pecunia, sed bona ualitudine ægroti querere. Artificiosam orationem stultos non sapientes flectere. Sanctas esse leges quæ uaganti frenata licentia imponunt. In plebem uim habere leges, in potentes mutas. Res grauioribus armis, non legibus diffiniri. Verbanus sua domum ciuitati, ciuitatem regioni, regionem mundo, mundum deo subijci. Lubricum esse primum apud reges locum. Ut in mare flumina omnia, sic uicia in magnas aulas fluere. Assentatores maxime quo uolunt reges ducere, Nulli magis principes aures quod delatori præstare. Pessimam regibus pestem adulatoris linguam. Regem qui nulli fidem inuictum esse; nec meliorem, qui omnibus credit. Qui multos regit, a multis regatur oportet. Non esse regium nomine dignum, quod suis commodis publicis metis; neque quod sacra negligit, ecclesiam prouentum; neque regem qui iuridicando non assidet, uerum galia digna petere. Litigatores, aues, foris, aream, iudicem, rete, patronos, aucupes dicebat. Dignitatibus uirtos datur

Sententiæ pro uerbales.

22

23

24

25

dos, non dignitates hominibus, Magistratus alios mereri & non habere: alios habere & non mereri. Graue pontificis onus, sed beatum ei qui bene fert. Indoctum ep̄m aſino cōparandū, Corpora malos medicos, animas imperitos facerdoes occidere. Vagū mortuum diaboli mancipium eſſe. Virtutes clerū diſaſſe, uitia pauperē facere. Sacerdotib⁹ magna ratione ſublata nuptias, maiorē reſtituendas uideri. Fidelī amico nullū theſaurū anteferendum. Vitam amico, inuidiam morti cōparandā. Hoſtem in ſe nutrire, qui nemiſ filio ignoſcit. Nulla in re auarum placere hominibus, niſi in morte. Vitia hominum liberalitate obtegi, nudari auaritia. Mentiri ſeruile uitium eſſe. Vinū uſum & labores & morbos auxiſſe mortalibus. Vinum quod mentem excitet, non quod obruat ſumendū. Libidinem atatem omnem cōcedere, ſenectutem extinguere. Quietam uitam non aurum ipſum, non gemmas præbere. Dulce bonis, durū iniquis mori. Generoſam mortē turpi uitæ omnīū philoſophorū ſua anteferendā. Hæc ſunt ſere, quæ de uita Pij pontificis ſcribi poſſunt: ad cuius laudes hoc etiā addo, q̄ & beatam Catharinam Senenſem in ſanctas retulit, caput ſancti Andree à principe loci Romam auctum ſancto Petro cum maxima ueneratione, cumq̄ ſupplicationibus clerū populūq̄ Romanū in ſacello ad id fabricatū collocauit, repurgato tēplo, eo loci potiffimū, dimotiſq̄ quorundam pontificum & cardinaliū ſepulchris, quæ baſilicam ipſam temere occupabāt.

## P A V L V S . II.

CCXX. pont.

**P**Aulus ſecūdus, Petrus Barbo antea uocatus, patria Venetus, patre Nicolao, matre Polyxena, ſancti Marci p̄sbyter cardinalis, pridie calen. Septēbris potiffex creat⁹. MCCCLXIII. Is enim Eugenij pontificis ex ſore nepos, adoleſcēs adhuc ſtrius in mercaturā erat: quæ apud Venetos in p̄tio eſt, & à Solone non improbat, & iā ſcriniū & arma in tritemes detulerat, cū ei nunciatū eſt Gabrielē Condelmeriū auſulum ſuū pontificē creatū eſſe. Subſtitit itaq̄ adhortatibus amicis, & fratre Paulo Barbo maiore natu, ac ſiſ, licet iā adultus eſſet, operā dedit: p̄ceptore uſus Iacobo Ricione, q̄ diligentia hominis ea in re laudare conſueuerat. Habuit & alios præceptores, nec tñ ob ætatem admodū p̄fecit: quos oēs p̄ter Ricionē, dū pontifex eſſet, dignitate & facultatibus honeſtiores reddidit, oſtendēs per eos non ſtetiſſe, quo minus doctior euaderet. Paulus autē Barbo magni animi ac prudentiæ uir, cognita fratris natura, quæ potius getem q̄ negotia appetebat, Eugenij rogat (nā Florentiā uidendi hominis cauſa uenerat) ut Petri ad ſe uocet, initiatūq̄ ſacris in aliquo dignitatis gradu colloceat. Vocatus itaq̄ Petrus archidiaconatū Bononiēſem, ac non ita multo poſt ep̄atum Ceruiæ cōmendatione adeptus, p̄tonotarius ab auunculo creat⁹, ex his potiffimū q̄ emolumentorū p̄cipies ſunt. His autē facultatibus aliquot annis uitā ducens, tandē unā cū Alouifijs Patauino me dico, quem poſtea patriarchā & camerariū appellatū, cardinalis ab Eugenio creat⁹, inſtantibus quibſdam Eugenij familiaribus: ut haberent quē Alouifijs potentiæ interdū obſicerent: inter q̄s poſtea tanta ſimultas fuit, ut nuſq̄ maiore odio certatū ſit: his etiam diſcordias alentibus, q̄ ſeditioſibus ali & augerī conſueuerant. Dolebat em̄ Petrus primū locū apud Eugeniū ſibi ſurripi, cū nepos eſſet, cumq̄ etiā patricius Venetus. Hanc ob rē inimicitias non uulgares exercuit cū Franciſco Condelmerio uicecancellario exami ta Eugenio nato: quo deinceps mortuo, totū ſe in patriarcham uertit, licet ſæpius intercedentibus amicis in gratiā rediſſent ſimulato animo. Hanc ob rē ſub diuerſis pontificibus ita inter ſe mutuis odijs certarunt, ut alter alteri non pepercit, ſiue ſacp̄tates ſiue dignitatē inſpicias. Iactata & inter eos uaria p̄bra ſunt, quæ cōſultō p̄tereo, ne maledicis fidē p̄ſtitiffe uidear. Mortuo autē Eugenio cū in eius locū Nicolaus V. ſuffectus eſſet, tñ apud hominē grā & blanditijs ualuit, ut & primū ipſe locū ē natione ſua apud eum tenuerit, fratre Nicolai hominē adiuuante: & ita Nicolaiſi aſauerit, ut camerarij dignitatē Alouifijs diminueret. Erat em̄ Petrus Barbo natura blandus, arte humanus ubi op̄erat. Præterea uero eo indignitatis plerūq̄ deueniebat, cū precando, rogando, obteſtando, qd̄ uellet conſeq̄ non poſſet, ut ad faciendā fidē p̄cibus lachrymas adderet. Hæc ob rē Pius potiffex hominē Mariæ piētiſſimā appellare interdū p̄ iocū ſolebat. His q̄q̄ artibus

bus apud Califfū uſus, eo ppulit hominē, ut Alouifiū cū triremibus in Turcos mitteret, oſtendens hominis amplitudinē, huic tantæ rei maxime conuenire, cū alijs & exercitus ductuſſet, & ditionē eccleſiæ ab hoſtibus conſtanter tutatus fuiſſet. Hac demū moleſtia liberatus Petrus, Califfum deinceps ita in ſniam ſuā ſemp̄ traxit, ut donec uixerit, nullius magis q̄ huius conſilio ſit uſus. Facile p̄terea quicq̄ uolebat à pontifice impetrabat, ſua uel amicoꝝ cauſa. Erat enim propenſior in amicos: & quos in clientelā ſuſceperat, quibſcunq̄ rebus poterat ſeruare uiuabat, ac conſtantiffime tuebat, cū apud unūquēq̄ magiſtratu, tū uel maxime apud pontificē. Tātā p̄terea humanitatis fuit, ut in ægritudinibus curiales ipſos, qui aliquo in p̄tio erant inuiſeret: & quibſdam remedijs adhibitis, eos ad ualitudinē adhortaret. Semp̄ em̄ domi habebat unguenta Venetijs aucta, oleū, tyriacā & cætera id genus, quæ ad curandā ualitudinē faciunt. Ex his aliquid ad ægros mittebat. Curabat itē ut uni ſibi magis q̄ alteri ægrotantiū teſtamenta cōmitterent, quæ poſtea ex arbitrio ſuo partiebat: & ſiquē inerat quod ad rē ſuā p̄tineret, factū tñ ſub haſta p̄tio, id ſibi pecunia uindicabat. Romanoꝝ uero quorundā amicitia delectatus eſt, quos ſæpe in conuiuū adhibebat, tū ad iocū, tū ad riſum, tū ad ſuſcipiendū. Priabiſius ſu⁹ & Franciſc⁹ Malacaro ſalibus, mimis, diſertijs, ſcōmatibus frequēt non ſine urbanitate excitabant. His quidē artibus eſſecerat, ut tum ciuibus Romanis, tū aulicis ipſis charus eſſe putaret. Præterea autē ne domi tñ poſſe uideret, foris etiā autoritatē ſibi cōparare annixus eſt. Nam & in Herculico (quā nunc Campaniā Romanā uocant) p̄fectus eſt ad populos quōſdā ſedan dos, qui de finibus contendebant: et litē cōponere inter comitē Auerſæ & Neapolionē Vrſinum conatus, paulū abſuit, quin turpiter captus, in uincula conijceret, adeo in eſu comes Auerſus ob quandā uerborū licentiā, male aſatus erat. Re itaq̄ inſecta abiēs, homini ſemp̄ aduerſat⁹ ē. Mortuo dein Califfō in eiusq̄ locū Pio ſuffectō, cū p̄mutare ep̄atum Vincentinū in Patauinū inſtādō acerbe nimis, rogadoꝝ anniteret, & Pij potifficis & Venetorū irā adeo incurrit, ut & Paulū fratrem ſenatorio munere amouerint, & ei inter dixerint, quo minus aliorū beneficiorū p̄uentibus potiret, niſi ſniam mutaret. Hanc ob rē indignatus hō uolūcendū tempus obſeruans, interim acerbe nimis in eos inuehebat, p̄ quos ſtetiffet, quo minus uoto potiret. Mortuo autē Pio in eius locū ipſe ſuffectus, ſtatim ubi magiſtratū inijt: ſiue quod ita pollicitus erat, ſiue quod Pij decreta et acta odeſt rat, abbreviatores omnes, quos Pius in ordinē redegerat, tanq̄ inutiles & indoctos (ut ipſe dicebat) exautorauit. Eos enim bonis et dignitate indicta cauſa ſpoliauit: quos etiā propter eruditionē & doctrinā ex toto orbe terrarū conſiſtos, magnis pollicitationibus & præmijs uocare ad ſe debuerat. Erat quidē illud collegiū reſectum bonis ac doctis uiris. Inerat diuini atq̄ humani iuris uiri peritiſſimi. Inerat poetæ & oratores plerūq̄, qui certe non minus ornamenta ipſi curiæ afferbant, quā ab eadē acciperent, quos omnes Paulus tanq̄ inquilinos & aduenſe poſſeſſione pepulit, licet emptoribus cautum eſſet literis apoſtolicis: cautū etiā ſiſci pontificij autoritate, ne q̄ bona fide emiſſent, & poſſeſſione honeſta ac legitima deiſcerent. Tentarunt tñ hi ad quos res ipſa p̄tinebat hominem ē ſnā dimouere. Atq̄ ego certe q̄ horū de numero erā, rogando etiam ut cauſa ipſa iudicibus publicis (quos rotæ auditores uocāt) cōmitteret. Tū ille toruis oculis me aſpicens, Ita nos (inq̄) ad iudices reuocare ac ſi neſcires omnia iura in ſerinio pectoris nſi collocata eſſe: Sic ſtat ſnā inq̄, loco cedant oēs, eant q̄ uolunt, nihil eos moror, pontifex ſum, mihiq̄ licet pro arbitrio animi aliorū acta & reſcindere & approbare. Hac uero tā immiti ſnā accepta, ut lapidē immobilē uoluerem, obuerſabamur, & fruſtra quidē die ac noctū in foribus aula, uiliſſimū etiā quēq̄ ſeruum rogantes, ut nobis alloq̄ pontificē liceret. Reijciebamur non ſine contumelia, tanq̄ aqua & igni interdici ac p̄phani. Hac autē diligentia, XX. continuis noctibus uſi fumus: nil em̄ ſere niſi noctū agebat. Ego uero tanta ignominia excitus, qd̄ mihi ac ſocijs meis corā non licebat, id agere p̄ ſras inſtitui. Scripſi itaq̄ ep̄iſtolā his ferme uerbis, ſi tibi licuit indicta cauſa ſpoliare nos emptiōe noſtra iuſta ac legitima, debet & nobis licere cōqueri illatā iniuriā iniuſtamq̄ ignominiam. Reiecti à te, ac tam inſigni contumelia affecti, dilabemur paſſim ad reges, ad principes,

Pontificis ar-  
rogas dictum.



eosq; adhortabimur, ut tibi concilium indicant, in quo potissimum rationem reddere cogaris, cur nos legitima possessione spoliaueris. Lectis literis Platinam reum maiestatis accersit, in carcerem trahit, compedibus reuincit, mittit Theodorum Taruisinum episcopum, qui quaestionem habeat. Is statim me reum facit, q; & libellos famosos in Paulum sparsissim, & concilij mentionem fecissim. Primum crimen ita confutauit, eos quidem dici libellos famosos, in quibus scribentis nomen reticetur; at meum nomen in calce literarum extare, non igitur libelli famosi sunt. Quod uero de concilio mentionem fecerim, me non adeo graue crimen id putasse, cum in synodis à sanctis patribus stabilita sint fundamenta orthodoxae fidei, prius sparsim iacta à saluatore nostro eiusq; discipulis, ut maiores cū minoribus æquo iure uiuerent, ne cuiq; fieret iniuria. Vnde etiam apud Romanos instituta est censura, qua & qui priuari & qui in magistratu fuerunt, rationem habitū magistratus, & uitæ antè acta reddere cogebantur. Cum uero his rationibus nihil profecissim, reuinctus compedibus, & quidem grauissimis, mediâ hyeme sine foho cella in turri ac uentis exposita coercoor mensibus quatuor; tandem uero Paulus Franciscus Gonzaga cardinalis Mantuani precibus fatigatus, ægre pedibus stantem molestia carceris me liberat; admonet ne ab urbe discedam, in Indiam inquit si proficiscere, inde te retrahet Paulus. Feci mandata. Triennio in urbe commoratus sum, arbitratus hominem aliquam medellâ meis incommodis interim allaturū, Coronat<sup>o</sup> Paulus de more memor à Calisto quondam pulsos esse è sancto Iohanne Laterano canonicos regulares, q; eodem in loco Eugenius pontifex antè collocauerat, eisdem reuocauit, ut seorsum à canonicis secularibus diuina officia celebrarent. Præterea uero canonicorum secularium eo in loco nomen aboliturus, si quis moriebatur in demortui locum neminem sufficerebat; aut si quod beneficium uacabat, coactos se canonicis illis abdicare, ad alias ecclesias transferrebat, ut tandem beneficia illa in unum corpus redacta, canonicis regularibus satisficerent sine ullo suo dispendio, cū eos tum pascere ob inopiam oporteret. Hanc autem ob rem Paulus multū à se alienauit ciuium animos, quod diceret illa beneficia à maioribus suis instituta, pulsus ciuibus, in quilibet dari. Neq; hoc contentus Paulus seorsum canonicos quosdâ allocutus, eos minis etiam adhibitis abdicare se illis canonicis implebat. Nonnulli tamē eius minas contemnentes, tempus uindicandæ libertatis expectabant, quod postea eo mortuo eluxit. At uero cum nunciatū esset, Turcos capta iam se reuota Epiro in Illyricū iter parare, oratores statim ad reges & principes misit, eos oratum, ut cōpositis rebus suis de bello Turcis inferendo, ad propulsandam iniuriā cogitant. Qua de re nil certe actū est, cū inter sese grauissimis bellis decertarent: hinc Germani, hinc Anglici, nunc ueterē regē, interdū uero nouū expetētes. Hinc Hispani, hinc Gallici principes ueriti regis potentiā, qui regio nomini omnes obtēperare uolebat, iactabatq; se breui facturum, ut eos pœniteret, qui secus fecissent. Præterea uero Paulū urgebat regis Boemiæ p̄fidia, qui se paulatim à toto corpore Christiani nominis subtraheret. In hunc itaq; mittere Vngariæ regē cum exercitu instituerat, si ei p̄bellū in Turcos susceperit licuisset; siq; rē inter regē et imperatorē cōponere potuisset. Nā mortuo Ladislaw rege Vngariæ eius nepote, qui hærede carebat, impator ipse regnum illud, quod Matthias Vaioadae filius occupauerat, sibi deberi prædicabat. Differendâ itaq; rem Paulus in aliud tēpus censens, ad componendas quasdâ similtates ciuium Romanorum inter se dissidentium animū adiecit. Orta namq; rixa erat inter Iacobum Iohannis Alberini filii & Felicem nepotem Antonij Capharelli; hanc ob rē accitis ad se patribusfamilias, eos alit̄ quādiu renitentes ad concordia datis uadibus compulit. Verū nō ita multo post Iacob<sup>o</sup> Alberini filius nusq; laturus iniuriam patri illatam Antonij Capharellum interficere conatus, confossum aliquot grauibus uulneribus, tanq; mortuum reliquit. Hanc ob rē indignatus Paulus, quod contra atq; Alberin<sup>o</sup> iurauerat filius egisset, ueris eorum adibus, redactisq; in fiscum omnibus bonis, eos ab urbe demum exules facit. Hos tamen postea suo iussu ad urbem redeuntes in gratiam recepit, restitutis rebus omnibus, pacēq; inter dissidentes composita, cum tamen ambo aliquādiu in carcere stetissent. Anno uero, M<sup>o</sup>

CCCC.LXV. Aloysius Patauinus pontificis camerarius, & tituli sancti Laurentij in Damaso presbyter cardinalis, uir quidem ditissimus, & in rebus agendis sagax, sed ultimo suæ uitæ tēpore parū prudens: quippe qui ex testamēto maxima ex parte hæredes reliquerat duos fratres cognomento Scarampos; alioquin bonos & liberalis ingenij, sed nequaquam tantis fortunis & prouentibus ecclesiæ partis dignos (quid homines suspicarent scimus) Has autem facultates Paulus (et licet testandi facultatem ultro permisisset) sibi uindicauit. Scarampos cepit, & tamdiu, honesto tamen loco retinuit, quoad quæ Floræ etiam delata fuerant ad se deferrentur. Fugientes Scarampi dum hac de re ageretur, capti in carcerem conijciuntur. Verum cum bona patriarchæ Florentia Romam delata fuissent, Scarampos cum bona parte incolumes dimittens, in reliquos patriarchæ familiares res maiore benignitate usus est, quā ipse testator instituisset. Atq; hoc modo bona hominis tanta diligentia parata, maiore retenta, cū magna opum iactatione, ac si annos Mantulalem uicurus esset, ab eo sunt partim possessa, partim distributa, quo cum diutius similtatibus, odijs, maledicentia certauerat, cum maluisset ad Turcos ipsos quā ad Paulum bona sua recidere. Sed neq; hoc contenta diuina prouidentia, uoluit eius quoq; corpus iam sepulchrum in prædam dari. Ab ipsis enim (quibus ipse beneficia sancti Laurentij in Damaso dederat) noctu aperto sepulchro, anulo & uestibus spoliatus est. In hos autem Paulus re cognita, grauit̄ animaduertit. Eodem fere tempore Federicus adolescētes egregius Ferdinandi filius, Mediolanum iturus ad ducendam Francisci Sfortia filiam fratris uxorem in regnum, Romam ueniens prodeunte obuiam honorato quoq; & Rhodoric uicecancellario, perbenigne à Paulo suscipitur, ac rosa donatur, quam pontifices quotannis donare alicui ex principibus Christianis consueuerat. Interim uero cum Ferdinando in animo esset eos bello persequi, & potissimum in regno suo existentes, qui dū à Gallis premeretur à se defecerant, misissetq; copias quasdam ea mente ut ducem Soranum adoriretur. Pontifex diuertere id bellum cupiens, archiepiscopum Mediolanensem eo propere misit oratum, ut copias illas quemadmodum ratione feudi tenebatur, ad se mitteret, q; diceret sibi in animo esse comitis Auerse filios ecclesiæ nequaquam obtēperantes è medio tollere. Nam eo fere tempore Auerse comes moritur, quo Paulus pontifex creatur; corpusq; eius Romam delatum in basilica sanctæ Mariæ maioris sepelitur. Rex itaq; acerrimus Deiphobi hostis, quippe qui ab eo superiore bello infidij, ueneno & armis petitus fuerat, copiarum suarum præfectis mandat, ut primo quoq; tēpore proficiscantur, quo pontifex ire iusserit. Antea enim Deiphobum & Franciscum ad se uocatos monuerat, ut & iter tutum à latronibus seruarent, ne Romam aliunde uenientes in ipsis prope urbis Romæ portis spoliarentur; utq; Securantiæ præfecti \* uice quondam filio, Caprarolam (quod oppidum est) redderent, cum omnia fere ipsius præfecti bona possiderent, Vtrunq; uero non modo facere recusarunt, uerum etiā minas addidere, iactantes sapius se comitis Auerse filios esse, nec lacescentibus parcituros. Tum uero Paulus clanculū paratis rebus omnibus ad bellum necessarijs, superuenientibus etiam regijs copijs, quintodecimo die posteaq; inchoatū est bello eos incautos, & nil tale opinatis oppressit, redactis in potestatem ecclesiæ nouē castellis; quorum de numero aliqua ita munita natura & arte erant, ut uix opera hominū expugnari posse crederentur. Deiphobus aut ueritus ne captus ad regē mitteretur, salutē sibi fuga quæsuit. Capitur autem Franciscus frater cum filio, & quinquennio in arce Hadriani retentus, demum creato Sixto liberatur. Hinc postea inter Paulum & regē ipsum ortæ graues inimicitia sunt, cū Ferdinandus hoc tāto merito peteret superiorū annorū tributū, quod ecclesiæ pendebat sibi relaxari; & quod deinceps soluturus esset diminui, cū regnū Sicilia patruus suus possideret, cuius ipse unā cum regno Neapolitano uicigral penderet: Inspecienda dicens & sua merita, & considerandū, qd posset in cōtrariū accidere, cū diceret se continuo acies quasdâ in armis habere, nō magis sua q̄ pōtifficis Romani gratia, ut in bello contra Aueranos paulo antè nouerat. Commemorabat uicissim Paulus merita ecclesiæ erga Ferdinandū; atq; hoc mō altercationibus in longū res ipsa semp̄ protracta est, cum uterq; re-

alij uis.

petendi ius suum tempus quaereret. Moliri res novas rex interim cauebat, Iacobi Piceini, qui Sulmonem in Marsis & alia oppida tenebat potentiam ueritus: quem postea Franciscus Sfortia socer ad regem misit, data fide se quotiens libuisset incolumem redderetur. Verum aliter Iacobo quae putarat accidit. Captus enim Neapoli à Ferdinando cum filio, & in carcerem coniectus, non ita multo post uita priuatur, figmento adhibito quod in carcere ipso decidens crus fregisset, dum redeuntes ab Ischia (quam Aenariam anti qui uocabant) triremes regis de Gallis uictrices studiosius quae cautius per fenestram inspicitur. Sunt qui arbitrantur hominem adhuc uiuere. Quod ego nullo modo credo, cum nullus esset in Italia aptior, si autoritate hominis in militia respicis ad euertendum Ferdinandi regis impium, Substitit in uia hac re cognita (Senis namque erat) ducis Mediolani filia Neapolim ad maritum itura, ut fidem faceret, nulla patris sui culpa Ferdinandum in Iacobi Picenini necem conspirasse. Quid autem ea de re suspicati sint homines optime nouimus. Fuere etiam qui dicerent id prius à Paulo pontifice scitum fore, cum illis diebus archiepiscopus Mediolanensis à pontifice ad regem, & à rege ad pontificem frequenter comenauerit, cumque Paulus ipse dixerit, audita hominis captiuitate, appellationum iudicem medio sublatum esse. Sed uerum est illud uirgilianum,

Nescia mens hominum fari sortisque futurae.

Nullius enim magis quam Iacobi Picennini opera reprimere Ferdinandi contumaciam Paulus potuisset, si tum in uita fuisset, quando inter eos de soluendo tributo contentio est orta, ac bellum prope certum. Nam celebratis nurus ac filij nuptijs hac una re & Iacobi morte stabiliro regno, Ferdinandus cum pontifice instat, ut & tributum ei diminuatur, & quaedam oppida quae de regno possidebat ecclesia ei redderentur. Misit ergo Paulus Bartholomaeum Rouerellam legatum tituli sancti Clementis presbyterum cardinalem, qui regis mentem aliqua ex parte leniuit. Verebatur tum (credo) uterque, ne solis ac lunae eclipses, quae tum fuere cum maxima hominum admiratione, regnorum mutationem portenderent. Moritur tamen (ne corpora caelestia frustra pati existimes) sequenti anno Franciscus Sfortia Insubriae & Liguria dux. Nam Genuae dominatum biennio antea adeptus fuerat, deditibus sese ciuibus diutino bello, partim intestino & graui, partim externo agitatiss. Gallorum enim dominatum quem sponte petierant resistentes, ad sex milia Gallici nominis ante oculos Renati regis interfecere, qui cum triremibus aliquot bene armatis aderat, recuperanda urbis causa, quae iam à Gallis defecerat. Mortuo itaque Francisco Sfortia Mediolanensem duce, cardinales statim Paulus ad se uocat, quid esset agendum consulit. Censuere omnes mittendas esse literas & nuncios ad principes Italiae, ad populos, qui eos adhortarentur nil noui moliri, sed pacem ante initam seruare; maxime uero tam iniquo tempore quo à Turco communi Christianorum hoste uexaremur. Praeterea uero episcopum Conchesem Mediolanum mittit oratum populum illum, ut nil antea quam fide putaret, quam Galeatio Francisci filio praestiterat. Aderat tamen Galeatius iussu patris in Galliam cum exercitu missus, dum rex Alouisus cum principibus regni dicto suo haudquaquam obtemperantibus bellum gerit. Ex foedere enim dum Genuam in feudum accipit praefida regi Franciscus subministrabat. Requirebat & hoc affinitas inter eos contracta, cum Galleam reginae ac ducis Sabaudiae sororem in uxorem accepisset. Qui cognita patris morte relicto bello, quod regio nomine contra Burgundiae ducem inchoauerat, Lugduno abiens, ac cum paucis permutata ueste in patriam rediens, ditius ne paterna auxilio matris quae populos in fide continuerat, sine ulla contentione portatur. Paulus uero compositis hoc modo Italiae rebus, cum intelligeret militiam Rhodiorum militum ob inopiam ad nihilum redigi, eorum magistrum ac primates religionis ad se uocat corrigendi erroris causa, qui post frequentes conuentus apud sancti Petrum habitos taedio animi & senio confectus moritur, sepeliturque in basilica sancti Petri non longe à sacello sancti Andreae: in cuius locum Carolus uirginus susceptus, Rhodum ad tuendam insulam properare mittitur. Interim uero cum Paulo nunciatum esset in Poli oppido in Aequicolis posito multos haereticos inesse, dominum loci cum uiris octo

& foeminis sex comprehensos, & ad se perductos cognito hominum errore ignominia notauit, & quidem grauissima, eos potissimum qui pertinaciores fuere. Nam mitius cum his est actum, qui errorem confessi ueniam petiere. Erant enim eius sectae, quam à peruersa mente opinionis esse dicimus, quae dicerent nullum uerum Christi uicarium esse eorum qui post Petrum fuere, nisi qui paupertatem Christi imitati sunt. Aucto deinde cardinali numero: ad, X. enim eodem tempore creauit, quorum de numero hi fuere: Franciscus Saouensis ordinis minorum generalis, M. Barbo praesul Vicentinus, cuius opera & consilio magnis in rebus semper est usus, Oliuierus archiepiscopus Neapolitanus, A. Episcopus Aquilanus, Theodorus Monferratus: reliqui partim Galli, partim Ungari & Angli sunt habiti. Senatu itaque in hunc modum aucto, ad componendam Italiae pacem totus conuertitur. Nam cum Florentini quidam à factione Petri Medices ciuili discordia pulsi, ut Detefaluus Neronius & Angelus Accioiolus, ac Nicolaus Sudorinus Bartholomaeum Bergomatem concitassent, qui magnam uim equitum ac peditum habebat, ut in Hetruriam cum exercitu mouens, se ac extorres omnes in patriam reduceret, adiuuante etiam Venetis, occulte tamen, primo quidem impetu posse & uelle subuertere totam Italiam uisus est. Verum cum in Flamminia Galeatium ducem Mediolanensem ad uium habuisset cum regis ac Florentini populi copijs, habenas inhibuit, & cunctando potius quam pugnando uincere annexus est. Pugnatum est tamen semel atque acriter comitis Verbanatis auspicijs in agro Bononiensi ad Ricardinam, id ei loco nomen est, dum castrametatur. Quo quidem tempore de Bergomate actum certe erat, si tum Galeatius affuisset, qui Florentiam componenda rei bellicae causa profectus paulo ante fuerat. Ferunt qui tanto praesidio interfuere, nusquam aetate nostra maiore contentione certatum esse: nec praesidium antea fuisse, in quo plures desiderati fuerint: tum autem Veneti sibi potius quam homini cauetes, cohortibus aliquot & turmis ei in auxilium missis, pacem enixius quaerere, eius conficienda arbitrium omne in pontificem deferentes. Qui rei suae quoque admodum timens, si uictoria ad regem & ducem recideret, ut pax conficeretur instabat. Erat enim opinio quorundam hominum non uulgarium, Bartholomaeum conueniente pontifice Padua traiecisse, quo mutato Florentinorum statu, inferre bellum Ferdinando regi commodius posset, cui ita infensus erat, ut accire contra eum nouos quoque in Italiam hostes cogitauerit. Vocatis itaque ad se omnium principum legatis, pacem his rationibus composuit, ut utraque pars quae bello cepat redderet: utque Bartholomaeus copias suas in Cisalpinam Galliam reduceret: seruareturque pax illa, quae antea inter Franciscum Sfortiam & Venetos apud Laudam Pompeianam composita fuerat. In una re tamen addubitatum est, excluderetur ne à pace Italiae Sabaudiae dux, uel Philippus frater, quo anno Venetorum stipendijs militauerat, prouincia Galeatij bello uexauerat. Tebant Veneti ut inter foederatos is quoque censeret. Negabat id fieri posse Galeatium, cum diceret eum se nunquam pro amico & socio habiturum, quem rex Francia hostem haberet. Verum tamen ualuit Paulus blanditijs & sollicitationibus, ut legatum Galeatij contra principis sui decretum in suam sui ipsius traxerit. Hanc ob rem iratus Galeatius, & Laurentium Pisauriensem legatum suum exilio multauit, & Sabaudiaes ita bello uexauit, ut eos pacem exposcere coegerit: quae quidem ex arbitrio regis Francia postea composita est, interuenientibus & reginae & uxoris Galeatij precibus, quae ducis Sabaudiae sorores sunt. Compositis autem hoc modo rebus, Paulus ad oculum conuersus, populo Romano ad imitationem ueterum ludos magnificissimos & epulum lautissimum instituit, procurante eam re Vianesimo Bononensi pontificis uiccamerario. Ludus autem erant pallia octo, quae cursu certantibus in carnispruiuo proponebantur singulis diebus. Currebant senes, adolecentes, iuuenes, Iudaei, ac seorsum pastillis primo quidem pleni, quo tardiores in cursu essent. Currebant & equi, equae, asini, bubali tanta cum omnium uoluptate, ut omnes praerisu pedibus stare uix possent. Cursus autem & stadium erat ab arcu Domiciani usque ad aedes sancti Marci, unde pontifex ipse solidam uoluptatem percipiebat. Ac etiam in pueros caeno oblitos post cursum munificenter usus, ut singulis carlentium (nummi argentei id genus est) condonaret. Sed ecce in tam publica omniuius laetitia subitus terror Paulum occupat, Nunciat ei quosdam adolentes dux

ce Calimacho in eum conspirasse, cui præ timore uix respiranti, nescio quo fato nouus etiam terror additur. Adulat enim quidam cognomento Philosophus homo facinorosus & exul, qui uitam primo & reditum in patriam deprecatus nunciat, ac falsò quidem, Lucam Totium Romanum ciuem Neapoli exulantem, cum multis exulibus in nemore ueluternis à se uisum, ac paulo post affuturum. Timere Paulus ac magis trepidare tunc cepit, ueritus ne domi & foris opprimeret. Capiunt permulti in urbe, tum ex aulicis, tum ex Romanis. Augebat hominis timorem Vianesius. Augebant & alij eius familiares, qui ex tanta perturbatione aditum ad maiorè dignitatem & huberiorè fortunam sibi quærebant. Irrumpebant cuiusuis domù sine discrimine. Trahebant in carcerè quos suspectos coniurationis habuissent. Et ne ego tâta calamitatis expers essem, domù ubi habitabam multis satellitibus noctu circûdant, fractis foribus ac fenestris uir irrumpunt; Demetriù Lucensem familiârè meû comprehendunt; à quo ubi sciuerunt me apud cardinalè mantuanù cenare, statim accurrunt, & me in cubiculo hominis capti ad Pauli confestim trahunt. Qui ubi me uidit, ita inquit duce Calimacho in nos cõiurabas? Tum ego fretus innocentia mea ita constanti animo respondi, ut nulli conscientia signum in me deprehendi posset. Instabat ille discinctus & pallidus; & nisi uegeterater, nunc tormenta mihi, nunc mortè proponebat. Tum ego eum uiderè omnia armis & tumultu circûsonare, ueritus ne quid grauius ob formidinè & iram in nos confuleretur, ratiões artuli, quam obrè crederè Calimachum nil aliquid tale unquam moliturum, nedum mediatum fuisse, quò cõsilio, lingua, manu, sollicitudine, opibus, copijs, clientelis, armis, pecunijs, oculis postremo careret. Cæculus enim erat & P. Lætulo somniculosior, ac L. Crasso ob adipem tardior. Omitto quò nec ciuis quidè Romanus erat, qui patriam liberaret, nec præsul qui pontificatum sibi Paulo interempto defumeret. Quid poterat Calimachus? Quid audeat? Erat ne lingua & manu promptus? Habebat ne ad tantam ratiõem conciliandam certos homines delectos & descriptos, quorum opera ueretur? nisi forte uellent Glaucum & Petreiu fugæ suæ comites, alteros Gabinius ac Statilius esse. Tui Paulus ad Vianesium cõuersus, hic inquit (me toruis oculis aspiciens) tormento cogendus est uerum fateri: nam coniurandi artem optime nouit. Vtinam cõsideratius mecum egisset Paulus: non enim me statim tormento subiecisset. Nam cum uerum coniectura quæritur, nec de facto constat, in coniuratione potissimum, & quæ ante susceptum negocium, & post sint gesta quaritur. Consideratur uita coniurantis, considerantur mores, ambitio, cupiditas tum facultas tum honorum; & si quid antea dictum, scriptum, aut factum sit, quod eo tēdat. Horum nihil considerauit Paulus, in carcerem nos cõiicit. Verum cum admoneretur ab his qui bene sentiebant, quibusque exploratū erat Lucam Totium nusquam pedè Neapoli mouisse, ne tantum tumultum cum suo discrimine concitaret, reuocat edictum tertio die quo præmia illis proponebat, qui Lucam reum maiestatis uel uiuum uel mortuum in potestatem suam redegerint; non tamen Quadratios fratres, quos ob eam suspicionem ceperat & torserat, dimisit. Subesse aliquam latentem causam uideri uolebat, ne leuitatis argueretur. Liberatus hoc metu Paulus, ad nos statim animum adiicit. Mittit in arcem Hadriani Vianesium cum Iohanne Francisco Clugiensi Sanga & satellite, qui nos quis genere tormentorum adigat, ea etiam fateri quæ nusquam sciebamus. Torquentur prima & sequenti die multi; quorum pars magna præ dolore in ipsis cruciatibus concidit, Bouem Phalaridis sepulchrum Hadriani tum putasles, adeo resonabat fornix ille concuuis uocibus miserorum adolescentum. Torquebatur Lucidus homo omnium innocentissimus. Torquebatur Marfus Demetrius, Augustinus Capanus optimus adolescentus, & unicum seculi nostri decus, si ingenium & literaturam inspicis; quibus cruciatibus & dolore animi mortuum postea crediderim. Fessi tortores, non tamen satiari. Nam ad uiginti fere eo biduo quæstioni subiecerant: me quoque ad pœnam uocant. Accingunt se operi carnifices, parantur tormenta, spoliol, laceror, trudor tanquam crassator & lator. Sedit Vianesius tanquam alter Minos stratis tapetibus, ac si in nuptijs esset, uel potius in cœna Atrei & Tantalii, Homo inquam sacris initiatus, & quem sacri canones uentant

de laicis quæstionem habere: ne si mors subsequatur, quod in tormentis interdum accidere solet, irregularis (ut eorum uerbo utar) & impius habeatur. Neque hoc quidem contentus, dum penderè miser in ipsis cruciatibus monilia Sanga Clugiensis attriciens, hominem rogabat, à qua puella donum amoris habuisset. De amoribus locutus, ad me conuersus instabat, ut seriem coniurationis, uel fabulæ potius à Calimacho confictæ explicarem, diceremque quid causæ esset, cur Pomponius qui tum Venetijs erat, ad me scribens, patrem sanctissimum in suis literis appellaret, te inquit pontificem creauerant coniurati omnes? Flagitat item, dederim ne literas Pomponio ad imperatorem, aut ad aliquem Christianum principem suscitandi schismatis, aut concilij causa. Respondeo me nunquam consiliorum Calimachi participem fuisse, quippe cum inter nos similtas esset haud parua. Nescire item cur Pomponius me patrem sanctissimum appellaret, sciturum ab eo: nam paulo post uinctum affuturum dicebat. De pontificatu uero non eè cur sollicitus essent, quod uita priuata semper contentus fuisset. Ad imperatorem uero me nunquam literas misisse, nec Pomponij opera ea in re usum esse, id etiam ab eo sciturum. Tandem uero delinquit aliquantulum tot meis cruciatibus, non tamen fatiatus, deponi me iubet, uespero maiores subiturum. Deferor in cubiculum semimortuus, nec ita multo post reuocor à quæstoribus bene potis & pransis, aderat & Laurentius archiepiscopus Spalatenfis. Perunt quid mihi colloqui fuerit cum Sigismundo Malatesta, qui tum in urbe erat. De literis inquam, de armis, de præstantibus ingenijs, tum ueterum, tum nostrorum hominum loquebamur, de quibus his rebus, quæ in hominum colloquia cadere possunt. Minari tum Vianesius, ac maiores cruciatibus proponere, nisi uerum faterer. Rediturum se die sequenti, meditare interim ubi essem, & quibus cum mihi esset agendum. Reducor iterum ad cubile, ubi tantum me repente dolor inuasit, ut uitam cum morte cuperè commutare, recrudescitibus doloribus ob refrigerata membra, quassa uehementer ac lasa. Recreabat me tamen non parum Angeli Bufali Romani equitis humanitas, quem antea Paulus in carcerè cõcecerat, ob interfectum à Marcello filio Franciscum Cappocium. Id enim factum Angeli suauis Paulus dicebat. Angelus itaque ac Francisus nepos, quibus cum in eodem cubiculo diuertebam, quo minus doloribus & inedia morerer, suis manibus & medelas & cibum mihi afferbant. Post biduum uero Cristophorus Veronenis Pauli medicus ad me ueniens, bono inquit animo te esse iubet Paulus, ac de se bene sperare, breuique liberum futurum. Sciscitor quando id fore speraret? Respondet hominibus liber audientibus omnibus qui tum aderant, non ita cito fieri posse, ne leuitatis & sæuitiæ argueret pontifex, quò illos quos tanto tumultu concitato cepisset ac torfisset, statim ueluti innoxios dimitteret. Neque hoc quidè contentus Paulus, quos paulo ante coniurationis & maiestatis accerserat, eosdem mutata sententiâ ob diuulgatam fabulam hæreseos accusat. Trahitur ad urbem Pomponius Venetijs captus, per totam Italiam tanquam lugurtha ducitur in iudicium Pomponius, uir simplicis ingenij, neque coniurationis, neque alicuius sceleris conscius. Rogatus cur nomina adolescentibus immutaret. Ut homo liber erat, quid ad uos inquit & Paulum, si mihi Feniculi nomè indo? modo id sine dolo & fraude fiat. Amore namque uetustatis antiquorum præclara nomina repetebat, quasi quadam calcaria, quæ nostram iuuentutem æmulatione ad uirtutem incitarent. Trahitur & Lucillus ad urbem tanquam reus maiestatis, qui in Sabinis terricam illam uitam ducebat, quæ ad Campanum scribens, quæ literæ postea deprehensæ sunt: Helio gabali cuiusdam amores reprehēdebat, ita occulte tamē, ut nisi à cõscio dignosci res ipsa non posset. Vianesius autè diligens pastor ad nos cum tormentis sapius rediens, torto etiam Petreio Calimachi comite in fuga comprehenso, ac nihil confesso, quò diceret ebriosam illam Calimachi collocutionē nullius momenti existimandam fuisse, omnia oculis collustrans, ne refractis parietibus tanquam Dædalus ex alta arce uolarem, carcerem subterraneum meditatur, ac fabris statim locat: eoque conijcit Franciscum Anguillaram Gattalusium, Franciscum Aluianum, Iacobum Ptolemæum quadriennio antè molestia carceris maceratos. De libertate nostra interim nullum uerbum fiebat. Erat tum imperator in urbe: uoti enim gratia uenerat cum

magno comitatu, quem Paulus magna cum impensa honorificentissime suscepit, expensis decem & octo milibus nummum aureorum, Ambos ex mole Hadriani sub eodem pallio à laterano redeuntes comitante honorato quoque inspexi. Substitit Paulus in ponte, donec imperator equites aliquot crearet. Abeunte deinde imperatore, cum iam meum omni liberatus esset: nam & equitum & peditum suorum magnam partem in urbem uocauerat: ueritus nequid tumultus à populo Romano excitaretur, praesente imperatore, decimo mense post captiuitatem nostram in arcem ueniens, ne tantum tumultus frustra concitasse uideretur, multa nobis obijcit, sed illud potissimum, quod de immortalitate animorum disputaremus, teneremusque opinionem Platonis, quam diuus Augustinus Christianae religioni simillimam esse censet: Merito inquit Aurelius, Cicero deus inter philosophos Platonem uocat, qui certe cunctos ingenio & sapientia superauit: hunc mihi delegi quo cum disputarem, qui & de ultimo hominis fine, & de diuina natura melius quam ceteri philosophatur. In dubium inquit Paulus disputando deum uocabatis. Quod quidem omnibus philosophis & theologis nostrorum temporum obijci potest, qui & animos & deum & omnes intelligentias separatas disputandi, ac ueri inueniendi causa in dubium plerumque uocant. Praeterea uero haeretici sunt, ut ait Augustinus, qui quod praue sapiunt, pertinaciter defendunt: Sanam disciplinam nunquam aspernati sumus, quod facere consueuerunt (ut ait Leo) erroris magistri, qui seorsum ab ecclesia sentientes haeretici merito, Hieronymo teste, sunt appellati. Rationem uitae meae postea quam sapere per aetatem ceppi usque ad haec tempora reddere uobis possum. Nullum mihi facinus impingi potest, non furtum, non latrocinium, non sacrilegium, non depeculatus, non parricidium, non rapina, non simonia. Vixi ut Christianum decebat, confessionem & communionem in anno semel praesertim intermisi nunquam. Nil ex ore meo exiit, quod contra symbolum esset, aut haeresim saperet, non sum imitatus simoniacos, carpoctianos, ophytas, Seuerianos, alogios, paulinos, manichaeos, macedonios, aliam uel haeticorum sectam. Praeterea uero Paulus criminis nobis dabat, quod nimium gentilitatis amatores essemus, cum nemo eo huius rei studiosior esset, quippe qui & status ueterum undique ex tota urbe conquisitas in suas illas aedes quas sub capitolio extruebat cogere, aucto etiam ex sancta Hagnete beatae Constantiae sepulchro, frustra reclamantibus monachis loci, quod post ea mortuo Paulo sepulchrum illud porphyreticum à Sixto pontifice repetiere. Praeterea uero nummismata prope infinita ex auro argento aereue sua imagine signata sine ulla senatusconsulto in fundamentis aedificiorum suorum more ueterum collocabat: ueteres potius hac in re quam Petrum, Anacletum & Linum imitatus. Cum uero nostra de re inter Palatinos episcopos & duos fratres esset aliquando disceptatum; quorum alter erat ordinis Francisci, alter Dominici, uenerunt fere omnes in hanc sententiam, nihil esse in nobis quod haeresim saperet. Verum cum Paulus in arcem uenisset, excludereturque de industria Franciscus patronus noster ueritatis assertor, quo liberius Leonardo loqui liceret, eadem dicitur quae pridie. Rogati sententiam qui tum aderant: & si ad nutum pontificis aliqua ex parte loquebantur, nostram tamen causam leuiorem faciebant, ac pontifici mitiorem reddere conabantur. Solus autem inter omnes Laelius de Valle Romanus cuius & aduocatus consistorialis nostram causam libere tutatus est. Consultat omnia quae à Leonardo dicta erant: quaeque partim affirmauerat alter aduocat Andreas sanctae crucis. Fit autem inter dicendum de academia mentio. Inclamat tum M. Barbus sancti Marci cardinalis, nos non academicos esse, sed foedatores academiae. Quid turpitudinis autem à nobis in academiam prodierit certe non uideo, cum nec fures, nec latrones, nec incendiarii, nec decoctores essemus. Veteres academicos sequebamur, nouos contemnescentes qui in rebus ipsis nil certi ponebant. Paulus tamen haeticos eos pronunciauit, qui nomen academiae uel seruo, uel ioco deinceps commemorarent. Iusta est haec ignominia Platonis, ipse se tunc uel. Volebat Paulus rebus in omnibus uideri acutus & doctus: uolebat item uideri factus, deridebat fere omnes contemnebatque. Interrogatum Pomponium hominem irridens, quod ei à teneris annis nomen imposuerant parentes, Respondet Pomponius se

binomium fuisse. Cōsufus nouitate rei Paulus substitit amplius de nomine querere. Ad me autem conuersus, in omnem contumeliam prorupit, omitto quod mihi coniurationem, haeresim, maieftatis crimen obijceret, quae omnia iam purgata erant: obijciebat etiam ingratitude, quod in me licet ingratum officiosus fuisset, si spoliare homines emptione sua incognita causa, si carere, si tormentis, si ignominia, si calumnia afficere beneficium est, certe erga me beneficis & liberalis dici potest Paulus, & ego ingratus: qui tantorum malefactorum immemor ab urbe non discesserim, suis mandatis obtemperans, suis pollicitationibus totiens frustratus. Abiit inde minabundus, & ob iram quam tum conceperat nos usque ad integrum annum retinuit. ita cum credo iurasse, quando nos cepit & in carcerem coniecit, noluit periurus uideri. Dimissos tandem in aedibus suis uiginti diebus ita nos retinet, ut efferre pedem domo non liceret. Vagari deinde per Vaticanum sinit. Fatigatus postremo cardinalium precibus liberos tandem nos facit. Vocor non ita multo post literis à Lodouico Gonzaga principe Mantuano ad balnea Petriolana ualeudinis causa, quam in carcere dextro humero debilitatus contraxeram, Eo ut proficiscerem primo uentui Paulus, quod diceret se breui rei meae bene consuliturum. Eo tamen ac redeo, sponte rediit meum Bessarione cardinali Niceno uiro praestantis ingenii & singularis literaturae. Fidem meam commendat Paulus, ac crebro iactat optimam eius erga me uoluntatem. Post discessum Borjii Estensis, quem ad urbem cum magno equitatu uenientem magnificentissime & laute susceperat, ducemque Ferrariam creauerat, me breui uisurum quo in me animo esset. Idque etiam oratoribus tum Venetorum, tum ducis Mediolanensis, qui me ei commendauerant, saepe pollicitus fuerat. Biennio hac spe ductus uel frustratus, potius ire Bononiam institueram cum cardinali Mantuano eiusdem ciuitatis legato. Quo minus id facerem uetat Paulus: dicitque (ita erat urbanus & factus) me satis saepe, & facultatibus potius quam literatura indigere. Sed ecce dum expecto, ut mei tandem tot calamitatibus, tot malis circumuenti misereatur, pontifex ipse apoplexia moritur secunda hora noctis, solus in cubiculo nemine uidente, cum eo die laetus etiam consistorium habuisset, pontificatus sui anno sexto, mense decimo, quinto calendas Augusti, MCCCCLXXI. Fuit autem in homine quantum ad corpus pertinet, maieftas pontifice digna. Erat enim magni ac uasti corporis, adeo ut dum ad rem diuinam proficisceretur solus emineret. Circa cultum corporis & si morosus non erat, nequaquam tamen negligens habebatur. Fuere etiam qui dicerent eum dum in publicum prodiret, faciem sibi fucus concinnare. De apparatu pontificio non est cur ambigas, maiores ab hoc uno superatos regno praesertim, siue mitram uelis appellare, in quam multas opes contulit, coemptis undique ac magnis pretijs adamantibus, sapphiris, smaragdibus, chrysolithis, iaspidibus, unionibus & quicquid gemmarum in pretio est, quibus ornatus tanquam alter Aaron in publicum forma humana augustiore prodibat. Inspicere tum ab omnibus uolebat & admirari. Hanc ob rem nonnunquam peregrinos in urbe retinuit, intermissa ostendendi sudarii consuetudine, quo à pluribus eodem tempore cereretur. Praeterea uero ne solus differre à ceteris uideretur, publico decreto mandauit proposita poena, ne quispiam bireta coccinea (ita appellat capitis tegmen) praeter cardinales ferret: quibus etiam primo pontificatus sui anno pannum eiusdem coloris dono dedit, quo eos quos uel mulas sternerent dum equitant. Voluit praeterea in decretum referre, ut galeati cardinalium ex serico coccineo fierent: sed id quo minus decerneretur uetere illi, qui bene sentientes diminuendam esse ecclesiae pompam, non augendam cum detrimento Christianae religionis praedicabant. Ante pontificatum uero praedicare solebat, si fors unquam ei contigisset, singulis cardinalibus singula castella se donaturum, quo uisitandi astitus Urbani causa secedere percommode possent. Sed pontificatum adeptus, nil minus cogitauit, pontificatus tamen maieftatem tum autoritate tum armis augere conatus est. Nam Tricaricensem episcopum in Gallias misit, qui cognita Leodiensium & ducis Burgundiae contentione eos ad concordiam reuocaret, sublato interdictione quo Leodienses notati erant, ob pullum iniuria episcopum suum. Verum dum Trica-

ricensishac quam accurate agit, ut id ad solum pontificem pertinere ostenderet, à Leo dienfibz cum eorum episcopo capitur. Hanc ob rem dux Burgundiæ inita pace cū Lo douico Franciæ rege (tum enim bellum inter se gerebant) adiuuante ipso rege Leo dienses grauisissimis cædibus persecutus, eorum urbem tandem euertit, & captos episcopos liberauit. Præterea uero Paulus cognita regis Boemiæ perfidia in hominē Laurentio Rouerella episcopo Ferrariensi legato ita Vngaros & Germanos concitauit, ut breui & stirpem Georgij funditus sustulerit; & nomē hæreticorum fuerit deleturus, nisi Poloni id regnum ad se pertinere dicentes Matthiam Vngariæ regem tenuissent bello la cessitum, quo minus regno Boemiæ potiretur. Duo tamen bella & quidem parua in Italia suscepit, quæ nulla re prius repetita bello, sed insidijs primo inchoata, postea deseruit. Cum igitur Tolphæ ueteris dominos insidijs primo, mox armis: cum id non cessisset, duce Vianefio aggressus esset, oblideretq; locū & oppugnaret, superuenientibus regijs copijs, quæ à bello quod in Flammia contra Bartholomæum Bergomatem gestum esse diximus, quo in exercitu Vrsini militabant, repente effusa fuga obsidionē deseruit, cū amplius sexaginta milibus passuum hostes abessent. Atq; ita Tolpham post longam contentionem, quæ etiam Vrsinos sibi inimicos ac prope hostes fecerat, decem & septem milibus nummū auri emit, familiæ Vrsinæ potentiam ueritus, quæ dominis loci affinitate coniuncta erat. Iisdem quoq; artibus Robertum Malatestam Sigismundi mortui filium aggressus, cum etiam dolo suburbium Ariminense cepisset, urbemq; aliquid quādiu oppugnasset, Laurentio Spalatenſi archiepiscopo tantum negotium procurante, superueniente postea Federico comite Vrbinati cum regio ac Florētini populi exercitu, & obsidionem relinquere coactus est, & fuso turpiter ac fugato eius exercitu, pacē turpi etiam conditione initam non reuicit. Affirmat Laurentius potiūdi Arimini, oportunitatem amissam esse, dum auare nimium stipendia militibus persoluit: dumq; ignorantia rerum & tarditate ingenij rem ipsam quæ momento temporis colligitur in bello potissimum in longum ducit. Natura enim in rebus agendis ita præposterus Paulus erat, ut nisi fatigatus rem quantūuis claram & apertam inchoaret, aut inchoatam pficeret. Quanquam ipse iactare solebat, ut sibi in multis usui fuisse, cum in pluribus (si uerum fateri uolumus) sibi ac Romanæ ecclesiæ id admodum nocuisset. In colligendis autem pecunijs ita diligens fuit, ut fere semper beneficia & episcopatus his committeret, qui officij aliquid uenale haberēt, unde elici munus posset. Omnia enim officia suo tpe uenalia erant, quæ ob rē factum est, ut qui epatum aut beneficium uellet, officij aliquid emeret, quo lenocinio quod uellet consequerē, supatis competitoribus obus doctrina et pbitate uitæ quouis magistratu & honore dignis. Præterea uero cū epatus uacaret, quo plures annata eodē tpe soluerent, digniores (ut ipse pdicabat) ad hube riores epatus mouens, magnā pecuniarum uim undiq; colligebat. Redimendatū quoq; pensionū usum non improbauit. His autē pecunijs interdū etiam ad liberalitatē utebat. Nam & cardinales paupes maxime & epōs & principes ac nobiles domo extorres, uirgines, uiduas, ægros frequenter iuuabat. Curauit item ut Romæ annona cæteraq; ad uitā prinentia uilius q̄ antea uederent. Aedificauit etiā splēdide ac magnifice tū apud sanctū Marcū, tū uero in Vaticano, qd̄ ad munificentia ptinet. Venationē quoq; miro ap paratu edidit duci Ferrariensi in capō Merula. Huic autē pfuit eius ex forore nepos S. Lucia cardinalis, quē unā cū Baptista Zeno altero nepote cardinales antē creauerat. Adire hominē die dormientē, ac noctu uigilantē, attractantemq; gemas & margaritas difficile erat, nec nisi post multas uigilias: q̄ si tibi patuissent fores, audire hoīem nō audiri ab hoīe necesse erat, adeo copiosus in dicēdo habebat. Morosus erat & difficilis, tū domesticis, tū externis: & sæpe quod promiserat mutata sentētia inuertebat. Volebat uideri affutus rebus in omnibus: hanc ob rē perplexē nimis interdū loquebat. Quare amicis principum ac populorum non diu seruauit, quod uariarum partium haberec. Varia ciborū genera sibi apponi uolebat; & peiora quæq; semper degustabat. Glambat interdum, nisi quæ expetebat ex sententiā ei apposita fuissent, Bibacissimus quidē erat, sed

uina admodum parua & diluta bibebat. Peponum esu, canctorum, passillorum, pisciū, succidiæ admodum delectabatur. Quibus ex rebus ortam crediderim apoplexiam illā, quæ euita sublatu est. Nam duos pepones & quidem prægrandes comederat eo die, quo sequenti nocte mortuus est. Iustus tamen est habitus & clemens. Plerosq; autem latrones pœna carceris ad sanitatem redigere conatus est: fures, parricidas, perfidos, periueros. Humanitatis autem studia ita oderat & contemnebat, ut eius studiosius uno nomī ne hæreticos appellaret. Hanc ob rem Romanos adhortabatur, ne filios diuitius in studijs literarum uersari paterentur, satis esse si legere & scribere didicissent. Durus interdū & inexorabilis si quid ab eo peteres habebatur: neq; hoc contentus, conuicta & probra in te conijcebat; plura tamen præstabat quā uultu facturum præ se ferret. Vno tamen postremo laudari potest, quod domi monstra non aluerit, quodq; domesticos suos & familiares in officio continuerit, ne ob factum & insolentiam populo Romano & aulicis stomachum facerent.

HVC VSQVE PLATINA.

SIXTVS IIII.

Sixtus quartus, Franciscus à Ruere antea dictus, genere Ligur, urbe Sauona oriundus, ordinis fratrum minorum minister accuratissimus. Cum lethali apoplexiæ saculo occubisset Paulus pontifex, cardinalium consensu eidem surrogatus: Vir certe non minus arte quā ingenio clarus fuit: politioribus literis à teneris annis ap prime imbutus, labore incredibili ad diuinarum humanarumq; artium apicem conscēdit, ut omnes Italos literis laceſcere & uincere facile potuerit, quod facile pro dunt ex eius carthaceo scrinio nonnulla eius opera, non minus cōcinnē quā eleganter scripta: quæ iam in lucē prodierunt, scilicet de potentia dei, de sanguine Christi, de conceptio ne beatæ Mariæ, & aliorum innumera propē supellex, quæ fortasse puluerulento situ squalida iacent. Et ut ante pontificatum adeptum clemens, pius & in omnes manus extitit, ita magistratu potificio insignit⁹ omni uirtute cepit cæteros præcellere: ad uitia testudineus, ad uirtutis & bonarū artium studia equis ueliscq; ocyus anhelabat. In pauperes pius, in religiosos munificus, & ad ius cuiq; reddendum uigilantissimus erat. Principes clade militari patriæ extorres & proprio regno pulsos, præsertim Paleologorum filios, Bosnia reginam aliosq; complures à Turco infestatos summa ope iuuare curauit. Urbem Romam cœnosam & strati pene expertē cariosa uetustate desolatam, necnon debilioribus fulcris nutantem, omni ope instaurare fategit: nec non omnia eius compita cultissime strauit. Pontē super Tiberim (quem ab ipso Sixti pontem uocant) miro artificio maxima impensa extruxit: aliosq; beneficij Romam sibi adeo astrinxit, ut non iniuria ipsius alter Romulus uocandus sit. Apud sanctum Petrum templum cultissimum extrui iussit, in eo sacerdotes instituens, quos annuis prouētibz liberaliter dota uit. Hospitalē sancti spiritus in Vaticano uetustate collabens magnifice ad pauperū pfugij instaurauit: ibiq; suæ uitæ seriem manu apellea cæleri uoluit. Et cū summa religione uirginem Mariam acri uerdine de suo more excoleret, eius templū quod sanctam Mariam dicunt, excidio & carie ferme obrutum magnis sumptibus denuo extruxit, qd̄ munificentissime annuo munere donauit. Hic à quarto sui pontificatus anno iubilæum p totū Christianitatis orbem honorifice celebrauit, ut q̄ diu uitia delituerant recon dita, statim corde contrito confessi Christi fidelibus abluerentur. Beatū Bonaueruram theologum in sanctoꝝ albo inscribi & haberi uoluit. Hoc tñ ei dant uitio q̄ suos supra modū amaerit, humana diuināq; pter iustitiam eis tribuens. Multorū iudicio iniuste tumultu bellico totam Italiam uexauit. Laurentiū enim Medicē qui tunc Florentinis p̄ erat maledica censura in primis p̄scribens, Florentinis bellū indixit, q̄ Raphaelē cardinālē ex forore Violentina nepotem, necnon Franciscum Saluatū Pisnam archiepiscopum cū plerisq; eos comitantibus suspēdio affigunt: qm̄ Iulianū Medicē Laurentij fratrem egregiū adoleſcentē in templo sanctæ Libertatē à suis sicarijs obruncari fecerant. Hæc em tempestate insigni iniuria ut credebatur Sixtus prouocatus suafu Hieronymi comitis atq; Ferdinandi Apuliæ regis in Hetruriam castrametatus Florentinos magnis donis

CCXX. pon.